UAB Biblioteca de Ciències Socials

CHRISTIANI GOTTLIEB RICCII
PROFESSORIS JVRIS ORDINARII
GOETTINGENSIS

EXERCITATIO JVRIS CAMBIALIS TRIDECIMA

DE RESCRIPTIS MORATORIIS

oder

von Anſtands- oder eiſernen Briefen.

AD LEGES ETIAM CAMBIALES GERMANORVM DIRECTA.

CLAVDIANVS Lib. I. in Ruffin. v. 35.

ET *LVXVS* POPVLATOR OPVM, CVI SEMPER ADHÆRENS
INFELIX HVMILI GRESSV COMITATVR
EGESTAS.

GOETTINGAE,
APVD VICTORINVM BOSSIEGELIVM
MDCCLXXXI.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

CONSPECTVS
EXERCITATIONIS JVR. CAMB. TRIDECIMAE
DE
RESCRIPTIS MORATORIIS.

§. 1. Denominationes moratorii.
2. Descriptio beneficii moratorii.
3. Quibus debitoribus talia rescripta moratoria, creditoribus vero molesta, indulgeantur.
4. Dividuntur hæc beneficia moratoria vel in *conventionalia* vel *privilegiata*, hæc vel *ab Imperatore* vel *domino territorii* impetrantur.
5. *Creditores ipsi* debitoribus inducias ad aliquod tempus concedere possunt.
6. Id quod etiam jure *Saxonico Elect.* & *Hesso-Cassellano* permissum.
7. *Imperator Statibus imperii* & universitatibus *immediatis* Imperii easdem concedit.
8. Quod etiam exemplis illustratur.
9. Conceduntur etiam *civitatibus imperii*, collegiis &c. etiam *ultra quinquennium*; non autem *Judæis* in terris Regis Borussiæ.
10. *Pace Westhalica Statibus imperii* cum aliis juribus etiam *jus moratoria indulgendi* confirmatum est, qui et permittunt, ut Cæsareas litteras moratorias in suis territoriis valeant.
11. Convenientius autem moratoria â *dominis territorii* conceduntur, quam ab Imperatore, quod & *Capitulationes Imp.* stabiliunt.
12. Quid juris, si Imperator subditis *mediatis* moratoria det, intuitu Dominorum *territorialium*.
13. Moratoria autem *Cæsarea* in primis conducunt, si debitor *in pluribus territoriis* bona possideat.
14. *Vicariis imperii* etiam moratoria concedere licet.
15. Non autem *Iudicio Camerali*, nec *Consilio Imperii* & Imperatoris *aulico*.
16. Bene tamen *Pontifici Romano* in suis territoriis.
17. *Statibus Imperii* quoque in suis territoriis.
18. Horum moratoria valent dumtaxat *in suis territoriis*, non ultra.
19. Moratoria *Status provinciales* & *Jurisdictionales domini* suis subditis impertire nequeunt.
20. Principes *territoriorum* moratoria tribuere possunt *universitatibus*, gantzen Gemeinde.
21. Si *extranei* debitorem in loco, *ubi moratorium publicatum*, conveniant, ibi se huic etiam isti subjicere obstringuntur.
22. Moratoria conceduntur, *invitis* etiam creditoribus.

§. 23. Princeps territorii quoque determinare potest, quænam debita rescripto moratorio subjecta esse debeant.
24. Rescripta *moratoria* non succurrunt *malitiosis* decoctoribus.
25. *Requisita* ad impetranda moratoria enumerantur generatim.
26. *Cautio* a debitore creditoribus *est constituenda*, alioquin dilatio moratoria non conceditur.
27. Quam autem creditores a largitore moratorii *sollicitare* tenentur.
28. Cautio *per fidejussores*, aut *pignora*, aut his deficientibus, *per jusjurandum* debitoris fide digni est constituenda.
29. Eadem *cautio* etiam est exigenda, licet dilatio *ad annum saltem* indulta sit.
30. Si res vel bona debitoris fidei committi nequeant, administrator bonorum ejus est constituendus.
31. Debitore moratorio *male vivente*, administratio bonorum eidem adimi potest, ne quid in præjudicium creditorum suscipiat.
32. Determinatio *temporis induciarum* dependet vel ab Imperatore vel principe territorii.
33. Moratorio a principe denegato non locus est appellationi.
34. Moratorio in quocunque processus genere locus datur.
35. Uti cessio bonorum in proc. excutivo admittitur, ita & exceptio moratorii. Quomodo *cessio bonorum* in terris *Brandenburgicis*, *Hesso-Cassellanis* & *Stralsundæ* admittatur, indicatur.
56. Cessio bonorum *adversus cambium* creditori non ubique obtrudi potest.
37. *Fidejussorem debitoris* etiam juvat moratorium.
38. Num ad debitoris *heredes* transeat moratorium?
39. Quodsi debitor, durante moratorio, *ad pinguiorem fortunam* redeat, cessat moratorium.
40. De debitore, qui *moratorio* concesso *non utitur*.
41. Durante moratorio *usuræ currunt*, etsi ante ejus decursum exigi nequeant, secus jure *Brandenburgico*.
42. Interim debitori *moratorio* adversus *suos debitores* agere licet.
43. Num moratorium *cursum præscriptionis* sufflaminet?
44. Induciarum usus etiam hinc inde tenditur ad cambia.
45. Instrumenta *Guarentigiata* non suspendunt, nec impediunt moratorias inducias.
46. Num rescripta moratoria *contra rem judicatam* valeant? distinguitur.
47. Induciæ etiam contra actiones reales & *hypothecarias* ac *alias privilegiatas dantur*, nisi lex loci specialis obstet.
48. Debitor, *moratorius*, qui prædium *conduxit* pensionem ex fructibus locatori solvere tenetur.
49. Num contra *fiscum* & *patrimonialia principis* operetur moratorium?

§. 50.

§. 50. Si princeps ipſe vel civitas Imp. litteras moratorias conceſſerit, diſtinguitur.
51. Num contra *eccleſias* & *pias cauſas?*
52. Num contra *pupillos*, *minores*, *viduas?*
53. Vel contra dotem?
54. Num contra *ſtipendia ſtudioſorum* & *alimenta pauperum* obtineat.
55. Moratorium ceſſat, *ſi depoſitum*, *commodatum*, & *pignus*, debito *exſoluto*, repetatur.
56. Num exceptioni moratoriæ *renunciari* valide poſſit?
57. Num debitum *juratum* valide opponi poſſit moratorio?
58. Cautela intuitu *renunciationis* & *jurisjurandi.*
59. Debitis *ex delicto* non ſuccurrunt moratoria.
60. Neque ſi debitor *doloſe debitum negaverit*, poſtea autem convictus.
61. Ceſſat quoque ſi debitum *poſt impetrationem moratorii* demum contractum, nam ſpectat ad debita futura.
62. Nec contra debita *opificum*, *mercenariorum*, *operariorum*, & *famulorum.*
63. Nec *contra caupones* valet.
64. In cauſa *cambiali*, non obſtante moratorio, in judicio comparere tenetur *debitor.*
65. Debitor moratorius *non pro fallito* habetur, *ergo libri ejus mercatorii* probant.
66. Moratoria *contra cambia in Dania & Norwegia* non valent.
67. Qua ratione moratoria in terris *Regis Boruſſiæ & Elect. Brandenb.* indulgeantur debitoribus.
68. Moratoria non valent ratione cambiorum *mit dem Leipziger Banco-Stempel.*
69. Jure *Gothano* moratoria adverſus *cambia* opponi nequeunt.
70. Idem obtinet jure *Würtembergico.*
71. Quo pacto moratoria in *Sileſia.*
72. In *Bohemia* & *Auſtria.*
73. In *Palatinatu Elect. Ducatu Juliacenſi & Bergenſi.*
74. In Ducatu *Guelpherbytano.*
75. In *Saxonia Electorali.*
76. *Hamburgi.*
77. *Dantiſci.*
78. Jure *Culmenſi?*
79. In *Gallia* concedi poſſint?
80. De Decoctoribus.
81. Debitor allegatam fortunæ injuriam probare tenetur.
82. Quodſi indultum illegitimo modo & per falſa narrata impetratum ſit, res principi proponenda erit, ut eam examinet ac dijudicet.
83. Eventus debitorum moratoriorum creditoribus raro proficit.

DE

RESCRIPTIS MORATORIIS DEBITORUM

Von Anſtands-Briefen, eiſernen, oder Stillſtands-Briefen, Quinquennellen.

§. 1.

Reſcripta moratoria nuncupantur etiam *inducię moratoriæ*, *litteræ induciales*, *dilatoriæ*, *gratiæ*, *ſecuritatis*, *Salvi conductus*, *litteræ reſpirationis*, a Gallis *litteras de Reſpit.* Denominantur *moratoria*, quia exactionem & petitionem creditorum morantur, i. e. retardant, impediunt & ad finem usque ſuſpendunt. Vocantur etiam *inducię quinquennales*, quia hæc dilatio plerumque *ad quinque annos* conceditur. GOTHOFRED. *ad L. 8. C. qui bon. ceder. poſſ.* vocant *Juſtitium quinquennii*, quaſi toto quinquennio curſus juſtitiæ ſiſtatur, indeque *Anſtands-Briefe.* Dicuntur quoque *eiſerne Briefe*, atque adeo illi, qui ejus generis litteras nacti ſunt, contra creditorum exactiones *quaſi ferrei* ac impetrabiles efficiuntur, ut ad ſolvendum ante tempus præterlapſum a creditoribus compelli nequeant. Ipſum reſcriptum *moratorium L. 2. C. de*

C. de prec. Imper. offerend. appellatur quoque *Moratoria præſcriptio.* Ibi enim *præſcriptionis* vox nihil aliud deſignat, quam *exceptionem*, per quam creditores ab agendo ac exigendo repelluntur, debitor enim ab exactione *tamdiu immunis* manet, quamdiu *tempus reſpirationis* durat. Induciæ vero hæ debitoribus obæratis eum in finem conceduntur, ut nanciſcantur ſpatium ad pecunias comparandas, &, ne intra tempus indultum quotidianis ac moleſtinis exactionibus tam miſere excrucientur, ut interea poſſint reſpirare & operari de modis acquirendi ac ſolvendi, atque exigere viciſſim ſua debita, quibus alios ſibi obſtrictos tenent, ſicque redire ad meliorem fortunam. Talis *moratoria præſcriptio* non aufert creditoribus jus ſuum, ſed *differt* & moratur tantum. Imo hæc dilatio etiam ipſorum utilitatem concernit, ut ſcilicet debitores ad frugem largiorem redeant & res ſuas locupletent, eoque melius ſolvere poſtea valeant.

§. 2.

Moratorium igitur eſt beneficium debitori *citra ſuam culpam*, ſed *infortunii* caſibus obærato Superioris *reſcripto* conceſſum, ne creditores contra eum *intra determinatum tempus* credita ſua exigere queant. Eſt itaque *exceptio*, qua debitor poſt impetratam a *Superiori* dilationem adverſus creditores ſe *ad tempus* reſcripto ipſo definitum tuetur, quo autem lapſo, omnis vis illius perit, & actiones contra iſtum cum effectu in judicium deduci poſſunt.

§. 3.

Uti autem beneficium moratorii creditoribus plerumque eſt moleſtiſſimum, ita non, niſi *ex neceſſaria cauſa*, conferri fas eſt; itaque imploranda eſt Principis clementia, piisque precibus calamitati, quam fortunæ fallacis perfidia paſſi ſunt, expetendum ſolatium & confugium, atque *quibus caſibus* ad tam miſerandam ſortem detruſi fuerint, *non minus vere*, quam perſpicue eſt exponendum, in quo rerum ſtatu debitor ſit conſtitutus, num hic *rerum ſuarum ſtatus* ita adhuc

UAB Biblioteca de Ciències Socials

huc ſit *comparatus*, ut interventu *induciarum moratoriarum* in eam conditionem redigi poſſit, qua creditoribus tandem ſuffecturus videatur, vel minus. Qui rerum debitoris ſtatus a Magiſtratu delineatus ac Principis dijudicationi relictus efficit, ut aut *conceſſionem* aut *denegationem* indiciarum moratoriarum conſequatur debitor. Quodſi hæ induciæ indulgeantur, *vis juris cambialis* ad tempus certum quidem alicubi ſuſpenditur, non autem tollitur. Tantum abeſt, ut moratorio iis ſuccurratur, qui vel *ſupina rei familiaris ac mercatoriæ negligentia*, vel *luxu patrimonii* jacturam maturarunt & ſibi conciliarunt, ut potius acerbis pœnis quam beneficiis digni cenſeatur. *Conf.* BERGERI diſp. *de his, quæ circa præſcriptionem moratoriam falſo traduntur. §. 26.* JURE itaque SXAON. ELECT. Reſcripta moratoria illis dumtaxat concedunt, ſo wegen erlittenen Brandes, Schiffbruchs, Räuberey und dergleichen in Schulden und Verderben gerathen. *Reſol. Gravaminum d. ao. 1661. §. 79.* Hinc debitori obærato injungitur zu erweiſen, wodurch er zu den Unfall gekommen, daſs er zu bezahlen nicht im Stande, und mithin des beneficii des moratorii fähig und würdig ſey. Nam eorum ſors eo magis miſeranda eſt, qui citra ſuam culpam & genus vitæ inhoneſtum, triſte fortunarum ſuarum naufragium fecerunt, & *caſibus fortuitis* ad paupertatem & ad incitas fuerunt redacti. Quapropter leges non modo illis flebile ſatis ceſſionis bonorum beneficium concedunt, ſed & judices ſe mitiores erga ipſos præbent. Imo, quia creditores ſæpius tam in humani ac iniqui ſunt, ut *nullam plane infortunii rationem habere*, nec ullum ipſis reſpirandi tempus indulgere velint, ſed citra omnem dilationem, ſi dies ſolutionis venerit, debitum poſcant, in bona debitorjs non tantum, ſed in ipſa eorum corpora, ſi liceret, ſævituri; Huic itaque inhumanitati creditorum acerborum æquitatis ratione ſuadente, occurendum, moraque aliqua indulgenda eſt debitoribus, nulla ſua culpa facultatibus lapſis, donec ad meliorem fortunam pervenerint, & pecuniam ſolutionibus ſufficientem collegerint, quod & ſubinde ſit litteris *inducialibus* debitori conceſſis. ZIEGLER. *de Jure Majeſt. L. 1. cap. 48. §. 2. p. 792.* MEVIUS *in Diſcuſſ. levam. inopiæ debitor. Cap. 4. Sect. 8. n. 8.*

§. 4.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. 4.

Moratorium eſt vel *conventionale*, quod ab ipſis creditoribus debitori ſuo conceditur; vel *privilegiatum* quod a *Superiori* terrarum *domino* indulgetur. Hoc enim impetratur vel ab *Imperatore*, vi ſummi Imperii in gratiam ſibi *immediate* ſubjectorum, vel a *principe* vel *civitate Imperii*, in favorem ſibi *immediate* ſubjectorum civium. Qua vero ratione ſupplicatio ob moratorium reſcriptum conſequendum ſit formanda ac inſtruenda tradit. LAUTERBACH. diſp. *de Benef. reſcripti moratorii §. 6.* Magiſtratus autem *inferior* moratoria concedere nequit. *Vid.* TOB. BARTH. *Diſſenſuum in praxi Diſſ. 742. p. 364.*

§. 5.

Nonnunquam inducię hæ etiam a creditoribus ipſis, vel *majorum* eorum parte per pactum *de non petendo* intra *annum*, *biennium*, *triennium* vel *quadriennium*, *quinquennium &c.* impetrantur, quæ inde *conventionales* vocantur. *L. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Non princeps ſolus, ſed etiam aliquando ipſi creditores inducias debitori ſuo indulgent, quod eos facere poſſe eo minus dubium eſt, quo magis unicuique licet debitori ſuo aliquantum laxamenti concedere. LAUTERB. diſp. *de Beneficio reſcripti moratorii Cap. 2. §. 4. n. 15. ſqq.* Vi *Ordinationis Proceſſualis* SILESIACÆ *hodiernæ* circa moratorium *major* pars creditorum attenditur, &, ſi creditores *indultum* conceſſerint, non opus eſt expeditione *moratorii* Reſcripti. *Vid. Schleſiſche Proceßordn. de ao. 1742. Tit. LVI. p. 201. ſqu.* C. J. F. MANZEL. diſp. *de Levamine ſingul. inopiæ debitorum §. 7. & 8.* qui de Jure *Hamburgenſi* circa hanc theſin agit. Dilatio *quinquennalis* a majore parte creditorum debitori conceſſa, impedit etiam *hypothecarios & arreſtantes haud conſentientes*, quominus durante dilatione debitorem moleſtare queant, debet tamen iſtis expreſſa cautio de juris ſui integritate præſtari. CARPZOV. *P. II. C. 22. d. 29.* LAUTERBACH. diſp. *de beneficio reſcripti moratorii c. 2. §. IV. n. 16. Conf. tamen die Leipziger Handelsgerichts-Ordnung tit. 25. p. 56. ſq. Et infr. §. 6.* Induciis a majore parte creditorum debitori conceſſis, hæc conceſſio etiam debitoris fidejuſſoribus competit. BOEHMERI diſp. *de litteris reſpirationis c. 2. §. XI.* Pluribus autem creditoribus exiſtentibus, res redit ad pluralitatem ſuffragiorum. Plu-

ralitas votorum *non sola* consideratur, sed simul ratio habetur *summarum* debitarum. Omnino iniquum foret, si *plures*, quibus pauciſſima debentur, præjudicium inferre vellent paucioribus, quibus maxima debentur (*). Neque tamen major pars creditorum, de concedendis debitori induciis consentiens præjudicare potest illis, qui sibi *litteris cambialibus* prospexerunt. RIVINI *Enunc. Jur. ad O. P. Sax. tit. 41. En. 14. p. 1441.* ubi res egregie evincitur. *Conf.* J. H. BOEHMERI disp. *de litteris respirationis cap. 2. §. 4.* BERGERI *P. I. Suppl. ad Elect. D. For. tit. 52. §. 1. p. 656.* Idem dicendum existimaverim, si debitor in causa debiti *se ad carcerem*, non secuta solutione, obligaverit. Verum enim vero HENRICUS IV. *Rex Galliæ Edicto contra Bancoruptores* ao. 1609. promulgato dilationem creditorum plane interdixit: Wir verbieten (habet Germanica versio) auch denen, so wahre und rechtmässige Gläubiger seyn, bey Straffe aller ihrer Schuld und Forderungen verlustig zu werden, keinen Accord, Contract noch Vorzielung mit gedachten Banquetoutirern und ihren Unterhändlern zu treffen, noch zu machen, sondern den Weg Rechtens zu folgen, Unsers Befehls zu vollführen. *Vid.* FRID. GERDESII *Opera omnia ibique Tract. de Decoctoribus §. 88. p. 374. sq.* De cætero quamvis quasdam inducias ipsi creditores debitoribus ad inopiam redactis largiri queant; earum tamen concessio non tam frequens est, ubi creditorum pectora nonnunquam ita obdurata, ut eas plane denegare soleant. DAN. MOLLER. *4. semest. 6. n. 8. sqq.* STRACH. Tract. *de mercatura & decoctoribus P. 6. n. 20.*

(*) De *remissione* vel majoris partis *dilatione* traduntur plura in TOB. BARTHII *Dissensuum in praxi Cent. VII. dlss.* 607. 608. 609. *Vol. II. p.* 56-66. & *dissens.* 742. *n.* 2. *p.* 364.

§. 6.

In *Saxonia Electorali* usu adoptatum est, ut creditores quoque cum debitoribus *amice* de debitis exsolvendis transigere atque aliquid ex æquitate ac humanitate remitere soleant. Quod etsi omnibus, qui ære alieno solvendo se impares sentiunt, indulgetur; hæc tamen conventio & transactio in mercatorum commoda præcipue recepta fuisse videtur. Quo pacto hæc transactio peragenda sit, *Ordinationis mercatoriæ Lipsiensis Tit. 25.* præscribit, in quo titulo verba præ

præcipue hæc notanda ſunt: und der mehrere Theil der Gläubiger, welcher doch nicht nach Anzahl derer Perſonen, ſondern *nach der Summen*, ſo ſie fordern, zu rechnen, den Nachlaſs verwilliget. *Vid. der Stadt Leipzig Ordnungen. wie auch Privilegia und Statuta p. m. 56.* ubi totus titulus perlegi ac exacte attendi meretur. *Mandatum* ELECTORALE SAXONICUM *wieder die Banqueroutiers d. 7. Jan. 1724.* etiam hanc *conventionem creditorum majoris partis* iterat & certo modo reſtringit, ſimul conſtituens, ut & creditores cambiales ſecundum conventionem majoris partis creditorum ſeſe accommodare teneantur. Verba §. *16. allegati Mandati* ita enunciant: Was ferner - - - ſowol, wenn der mehrere Theil derer Gläubiger dem Schuldner einen Erlas thun will, wie damit zu verfahren, und wie weit die übrigen dergleichen zu thun ſchuldig, in der *Leipziger Handelsgerichts-Ordnung Tit. 23. und 25.* diſponiret, ſolches ſoll ebenfalls *in Zukunft allenthalben* obſerviret und darnach, ſowol bey Kauf- und Handelsleuten, *als bey allen andern*, erkennet und geſprochen werden. Jedoch mit dieſer Erklärung, daſs hierunter die *Creditores*, *Hypothecarii*, und *die denenſelben vorgehen*, *keinesweges mit begriffen*, die übrigen aber allerſeits, *wenn es auch gleich Wechſel-Creditores wären*, an den Accord des mehren Theils derer Gläubiger, welche nicht nach Anzahl der Perſonen, ſondern *nach der Gröſſe ihrer Forderungen*, oder da die Forderungen gleich wären, nach der Anzahl der Perſonen zu rechnen verbunden ſeyn ſollen. *Vid. Anhang der Churſächſiſchen erläuterterten Proceſs-Ordnung p. 179.* Neceſſe autem eſt, ut abſentes creditores ad hanc dilationis conventionem requirantur & citentur, citatione enim emiſſa, id quod pars major creditorum determinaverit præjudicat non tantum præſentibus, ſed etiam abſentibus citatis, & deinde, ut judex ſuum decretum interponat. *Conf.* MANZIUS in *Patrocinio debitorum depauperatorum. Decad. IV. qu. 10. n. 4. ſq. p. 220. ſq.* *Dn.* CAROL. PHIL. KOPP *in Nachrichten von geiſtl. und civil-Gerichten in Heſſen-Caſſel. Landen P. II. §. 349. p. 304.* de propoſitionibus debitoris de ineunda cum creditoribus ſuis transactione ita agit: Vermeinet jedoch der Schuldner ſich durch ſeine Freunde oder andere Weiſe, oder mit ſeinen auſſer Landes gelegenen Gütern zu retten, ſo kan zwar derſelbe, zu Abſchneidung des verzögerlichen Geſuchs *eines Moratorii* mit ſeinen Vorſchlägen, wie auch auf was Art er ſeine Schulden zu bezahlen gedenke? kürzlich gehöret, und ihme mit Bewilligung ſeiner Gläubiger, oder nach Ermäſſigung des

Richters eine Frist darzu verstattet werden, jedoch unaufhältlich des Concurs-Processes, und dass, währender Zeit, sein mit Arrest bestricktes Vermögen unter des Curatoris Verwahrung in Sicherheit verbleibe. *Vid. Vid. Hessen-Cassel. Ordnung vom* $\frac{5}{16}$ *May 1747. §. 2.*

§. 7.

Moratoria in Romano-Germanico Imperio civibus imperii *immediatis* solus Imperator concedit, quum omnia, quæcunque terrarum personarumve *immediatarum* sunt, ad eum solum, qua caput Imperii supremum referuntur.

§. 8.

Inducias moratorias non a solis subsellii inferioris hominibus sed etiam in superiori Ordine collocatis peti ac impetrari constat. Ipsi enim *Status Imperii* ab Imperatore istas expetentes etiam *qualitatem infortunii*, cujus respectu thronum Cæsareum adeunt, quoque exponere tenentur. Exempla moratoriorum ab Imperatoribus indultorum exhibentur. V. gr. FERDINANDUS III. rescriptum moratorium ratione debitorum antiquorum Electori Palatino ao. 1654. *ad viginti annos* concessit. LONDORP. *Tom. VII. p. 578.* quod etiam *Rec. Imp. Novissd. ao. 1654. §. 176.* fuit definitum. Idem FERDINANDUS III. ao. 1644. moratorium generale universæ *Silesiæ* quoque indulsit, teste Rescripto ap. LÜNIGIUM *P. spec. p. 809.* Et LEOPOLDUS *Imp.* comitibus Nassovico-Saræpontanis *ad duodecim* primum, ac præterlapso eo intervallo, *ad decem annos* ulterius concessit inducias. PFEFFINGER. *ad Vitriar. Tom. III. Lib. 3. tit. 2. §. 29. a. p. 138. & 141.* REPERTORIUM *Juris publici & feudalis pag. 1151. §. 10.* ubi aliud exemplum quoque adducitur.

§. 9.

Induciæ moratoriæ conceduntur quoque *universitatibus, collegiis, communitatibus.* Civitati Imperii *Goslarienſi*, FERDINANDUS II. *Imp. ostennales* concessit inducias per rescriptum d. ao. 1624. uti refert LIMNÆUS *J. Publ. L. VII. cap. 19. p. 304. sqq.* in quo autem *ecclesiam, piam causam, pupillos aliosque exemtos* disertis verbis excipit Imperator. *Vid.* LIMNÆUS *l. c. p.* 314. Civitati *Argentoratenſi* atque *Wormatienſi*

tales

tales inducias quoque fuiſſe indultas traditur. Barth. Venatorius in *Relat. Camer. III. n.* 31. Quodſi *gravitas* æris alieni & infortunii ita comparata eſt, ut interventu *quinquennii* creditoribus ſatisfieri nequeat, Imperatores etiam *ultra quinquennium ac in longius* tempus contulerunt vel extenderunt inducias. Aſt in terris Regis Boruſſiæ *Judæis* nunquam moratoria indulgeri debent, nam Cod. Fridericianus *IV. 9. Sect.* 4. §. 187. diſerte ſancitum ivit: Wann ein *Jude auſer den Stand geſetzet wird, ſeine Schuldigkeit zubezahlen;* ſoll demſelben *niemals ein moratorium ertheilet*, ſondern nicht allein nach dem Banqueroutier-Edict gegen denſelben verfahren werden, ſondern derſelbe eo ipſo, nebſt ſeiner Familie *des juden privilegii verluſtig ſeyn.*

§. 10.

Quum poſt ſuperioritatem territorialem *Pace Weſtphalica* confirmatam Status Imperii omnia ad regimen territorii vllo modo ſpectantia, non amplius *vi officiis*, ſed *jure proprio* eoque libero hodie exerceant; conſequitur, ut *domini territoriorum* Cæſareas conceſſiones moratorias intra fines territorii ſui *plane non permittant*, aut *absque confirmatione* domini territorialis in territorio ſuo non valeant. *Vid. Inſtr. Pac. Oſnabr. art.* 8. §. 1. *Capit. Franciſci & Joſephi II. Impp.* Ita omnino principis territorii jus eſſe videtur, *moratorii nocivi*, aut indigno tributi confirmationem denegandi & poſthabito impune titulo, quem præfert, *Cæſareo*, illud prorſus abolendi. Interim tamen quum litteræ moratoriæ *Cæſareæ* ante confirmationem domini territorialis *vim in territorio* nanciſcantur nullam; nihil intereſt, ſive princeps diſſenſum ſuum *ante*, ſive *poſt conceſſionem* ab Imperatore impetratam declaret. Quodſi vero dominus territorii ad preces ſecum communicatas aſſenſum ſuum præbuerit, aut indultas litteras cæſareas debitoris confirmaverit, in territorio ſuo effectum utique habebunt. *Vid. J. H.* Böhmeri diſp. *de litteris reſpirationis earumque validitate & invaliditate Cap.* 2. §. 3.

§. 11.

Verum enim vero quum hæc *conceſſio moratorii ab Imperatore facta* cum variis incommodis ſit implicata, atque adeo *in præjudicium* ſuperioritatis territorialis arrogata adpareat, rectius ſentire videntur ICti, qui Imperatori poteſtatem litteras moratorias *civibus mediatis* indulgendi prorſus denegant, eamque *Statibus Imperii* plane adjudicant. Ipſi enim Imperatores in *Capitulationibus jurejurando confirmatis* ſancte promittunt, ſe nihil unquam molituros, quo ICtio *Statuum Imperii* aliquid capiat detrimenti, quod his omnino per litteras induciales ab Imperatoribus huic vel illi civi *mediato* indultas Statibus Imperii obtingeret, id quod *Capitulationibus* foret adverſum. *Capitul.* FRANCISCI *Art.* I. §. 8. ita enunciat: Wir wollen weder denen Reichsgerichten, noch ſonſt jemand, wer der auch ſey, geſtatten, *daß denen Ständen* in ihren territoriis in Religions-Politiſchen, und *Juſtitz-Sachen* ſub quocunque prætextu ——— vor- oder eingegriffen werde. Et §. 9. deren Ständen *ihre Regalien*, Obrigkeiten &c. confirmiren und niemanden *einig privilegium* darwieder ertheilen. Idem promittitur in glorioſiſſimi JOSEPHI II. *Capitul. Art. I.* §. 8. & 9. Princeps Imperii ideo *pro ſolo idoneo litterarum moratoriarum largitore* in territorio ſuo eſt habendus, quia is accuratiorem *de qualitate debitoris* & *de ejus inventario bonorum* inſtituere ac inſtruere poteſt cognitionem, quam Imperator extra territorium degens. Ergo Imperatori poteſtatem civibus *mediatis* litteras moratorias indulgendi plane adimendam, eamque principi ſoli territorii, vel civitati Imperii immediatæ adſcribendum eſſe nonnulli ICti contendunt.

§. 12.

Quodſi nihilominus *ſubditus* alicujus Principis Imperii vel civitatis *ad Imperatorem* moratorii impetrandi gratia ſe contulerit, tunc, ut omne præjudicium declinetur, preces ſubditi mediati ab Imperatore *cum principe ſubditi* vel *civitate* ſunt communicandæ, (quod & regulariter

riter fieri ſolet) ut hic vel hæc relationem de *conditione obærati debitoris* transmittat, quo inde Imperator agnoſcat, *an dignus ſit debitor* hoc privilegio. Mevius *de Levam. inop. debitor. cap.* 4. *S.* 8. *n.* 6. De iſta autem Status Imperii plenius ac rectius, dum implorans in hujus territorio degit, quam Imperator judicare ac decernere valet. *Conf.* Ill. *Pütteri Beyträge zum Teutſchen Staats- und Fürſten-Recht. n.* 15. §. 30. *p.* 237. Qua ſcrutatione ac cognitione neglecta, non aliter præſumitur, quam Reſcriptum moratorium ab Imperatore *ſub- & obreptitie* fuiſſe impetratum. Satis enim cognitum eſt, reſcripta *absque cauſæ cognitione* elicita pro non interpoſitis haberi. Carpz. *Lib.* 2. *Tit.* 3. *Reſp.* 43. Lauterbach. *diſp. d. Benef. reſcript. moratorii* §. 6. Quæ quum ita ſint, palam eſt, principem illius effectum in ſuo territorio *propitio jure* ſuſpendere poſſe, donec, relatione transmiſſa, conſtiterit, utrum Imperator in eadem ſententia ſubſiſtere velit. *Vid.* J. Henn. Boehmeri *diſp. d. litteris reſpirationis, earumque validitate & invaliditate Cap.* 2. §. 3. In ipſa Caroli V. *Reformatione Imperii guter Policey zu Augſpurg* 1548. *Tit. von verdorbenen Kauffleuten XXII.* §. 4. hæc ſanctio quoque ſtabilita eſt: Und nachdem ſie zu Zeiten, bey den Römiſchen Kayſern und Königen, *Moratoria* oder *Quinquennel* ausbringen und erlangen, und doch mittler Zeit, oder auch nach Ausgang derſelben, ihre Creditoren und Gläubiger *nicht bezahlen*, oder ſich mit ihnen ſetzen und vertragen &c. So meynen wir hiemit ernſtlich und wollen, daſs ihnen ſolche *moratoria* oder *Quinquennel* hinführo nicht mehr gegeben werden ſollen, wir oder unſere Nachkommen, Römiſche Kayſer und Könige, *ſeyen dann von der Obrigkeit, darunter ſolche verdorbene oder aufgeſtandene Kauffleut geſeſſen, zuvor eigentlich bericht und vergewiſſiget; oder daſs dieſelbe Kauffleute glaubwürdige Urkunden oder Schein fürbringen, daſs ſie aus unverſehenen zugeſtandenen Unfällen ihr Leib oder Güter verdorben und aufgeſtanden ſeyn*, und daſs in ſolchen Fällen die Moratoria oder Quinquennel ſtatt haben. Wo aber die anderer Geſtalt, und mit verſchwiegener Wachrheit ausgebracht oder erlanget werden, *alsdann ſol-*

len

len ſie kraftlos und unfürtrüglich ſeyn, und dafür gehalten werden. Difficilius itaque moratoria ab Imperatore in cauſis ſubditorum *mediatorum* obtinentur, licet, ſi legitime impetrata fuerint, in univerſo Imperio Germanico honoranda ſint. *Add. Ordin. Polit. Francof. d. a.* 1577. *wann dann ſolche &c. Vid.* ERN. CH. ENGELH. SCHULER. diſp. *de Induciis moratoriis* §. 20. *p.* 12.

§. 13.

Quando debitor in *pluribus territoriis* bona poſſidet, a quorum direptione creditores ope moratorii arcere intendit; tunc ad gratiam *Cæſaream* fugiendum eſt, quia principi territorii *moratorium* vltra fines territorii ſui extendere *non licet;* Idem & obtinet, ſi quando e re publica viſum fuerit, ut, aut univerſis per Germaniam, aut *pluribus per plures provincias habitantibus* debitoribus ſecundum uniformem modum litteris reſpirationis ſubveniendum ſit. Attamen & tunc autoritatis & relationis Statuum Imperii pro hodierna regiminis formula rationem eſſe habendam, ex ante dictis conſtat, Neque enim Imperatori *mediatis* moratoria impertiendi *poteſtas* prorſus denegata eſt, eique nusquam arctiores & ad ſolos *immediatos* adſtricti limites expreſſe ſunt poſiti, hinc *eadem* adhuc hodierum *illibata* reperitur, atque adeo, ut cuivis Landſaſſio libera adhuc indulgetur optio, num *pro moratorio conſequendo* Imperatorem, an Principem ſuum territorii adire ac implorare velit.

§. 14.

Eodem modo, quo Imperatori etiam *Vicariis Imperii Germanici* tempore *interregni* conceditur facultas *moratoria* reſcripta debitoribus infortunii caſibus obæratis dandi. *Vid.* GERLAC. BUXTORFFIUS *in diſſ. ad XVII. prior. cap. A. B. C. s. Concl.* 73.

§. 15.

§. 15.

Sed *Judicio Cameræ Imperialis & Conſilio Imperii ac Imperatoris Aulico* jus inducias moratorias indulgendi non datum eſt, licet hoc de libello ſupplici cognoſcat *votumque ſuper moratorio* concedendo vel minus, ad Imperatorem conficiat. *Vid. Reichshofraths-Ordn. Tit. II. §. 1. J. J.* Moseri *Staats-Recht. Tom. IV. Lib. 2. c. 65. §. 13.*

§. 16.

Pontificem Romanum tanquam ſuarum provinciarum principem & dominum ſuis ſubditis hoc moratorium beneficium concedere poſſe, extra controverſiæ aleam poſitum eſt. *Vid.* Marc. Ant. Cuch. *tr. de morator Reſcript. n. 221. per cap. 2. de præb. in 6to.*

§. 17.

Principes & *Status Imperii* noſtri, qui *jura Superioritatis* in ſuis territoriis habent, vi *juris territorialis* beneficium *moratorium concedendi* poteſtas quoque competit; (*) quod etiam de *civitatibus Imperialibus* tradunt, quæ Imperatorem *immediate* recognoſcunt, & in ſuo diſtrictu jura vicemque principum obtinent. Gail. *Lib. 2. Obſ. 57. n. 7.* etſi enim *perſonalia* principum jura non habent; *realia* autem *jura* & *Regalia*, ſeu *jura territorii* intra ſuam ditionem utique tenent & exercent.

(*) In Saxonia Electorali *Regimen Electorale Dresdenſe* ſubditis Saxonicis indulget præſcriptiones moratorias. *Vid.* Wabst. *von der hohen und niedern Gerichtsbarkeit in Sachſen. p. 70. n. 12. p. 120.* Henr. Zipfell. *von Wechſelbriefen* p. 453.

§. 18.

Moratorium, quod ſtatus Imperii ſuis largiuntur ſubditis validum dumtaxat eſt *contra creditores ipſis ſubjectos* ac in ſuo territorio de-

gentes. PFEFFINGER *Tom. III. tit. 2. §. 30. p. 141.* Inde sequitur, si debitor his litteris munitus extra concedentis domini reperiatur territorium v. c. in loco *contractus, solutionis*, a quovis extraneo creditore conveniri poterit, quod etiam de bonis *extra concedentis territorium* fitis, verum. PFEFFING. *l. c. p. 141.* Si enim debitor eo tempore, quo Rescripto moratorio se tuetur, extra fines territorii Principis ac Status Imperii, a quo dilationis beneficio munitus est, vivat; ad privilegium moratorium frustra provocat; Si vero debitor *ab extraneo creditore* in territorio ejus, cui tam insigne privilegium moratorii debet, conveniatur; nullam video rationem, cur ab ejus usu ob solam exteri creditoris qualitatem excludi debeat. *Vid.* BERGERI disp. *de his, quæ circa præscriptionem moratoriam falso traduntur. §. 9.*

§. 19.

Quum Imperatori, Principibus territoriorum ac civitatibus imperii concessiones litterarum moratoriarum in Imperio indulgendi dumtaxat jus competat, illud *status provinciales, magistratus* ac *jurisdictione patrimoniali instructi* sibi arrogare nequeunt. BERGER. disp. *de his, quæ circa præscriptionem moratoriam falso traduntur §. 8. p. 9.* Quamvis enim AUG. de LEYSER hujus privilegii facultatem etiam judiciis *inferioribus* tribuere nullus dubitet. *Med. ad ff. Spec. XII. med. 4.* nemo tamen ejus opinioni juris nostri anomaliæ minus consentaneæ suffragium dabit. SCHULER. disp. *de Induciis moratoriis §. 21. pag. 14.* Licet autem magistratus *inferior* moratoria concedere non possit, justis tamen ex causis creditores ad acceptandam *particularem solutionem* & dilationem in nonnullos annos cogere potest, prout censuerunt JCti *Helmstadienses* ao. 1714. teste LEYSERO *Medit. ad Pand. spec. 42. m. 4.*

§. 20.

Beneficium hoc moratorium non tantum personæ veræ, sed & *mysticæ*, veluti *universitates*, gantze Gemeinde, Städte, Dörffer, Flecken

Flecken & *Collegia*, Zünffte & cætera impetrare poſſunt, modo per aliquod infortunium in eam calamitatem devenerint & eo tempore nulla ſolvendi media teneant & ſine his ſuppetiis eluctari nequeant. Lauterbach. diſp. *de Beneficio moratorio cap. 4. §. 12.* Quo tamen beneficio ipſi univerſitati conceſſo, *ſinguli* de illa univerſitate, *contra hos*, quos tanquam privati habent, *creditores* uti non poſſunt. Lauterb. diſp. *cit. cap. 4. §. 12.*

§. 21.

Quodſi debitor habeat creditores, qui *alieno* territorio adſcripti, tunc & *hos moratorium* principis territorii coercet, ne æs ſuum, quamdiu moratorium durat, exigere queant. Nam creditor & actor *privilegio* in territorio *actionis inſtitutæ valenti* ſe ſubjicere tenetur. Wilh. Ant. de Freundeberg. *de Reſcript. morat. Concl. 12. n. 8. p. 147.* Jll. Jo. Steph. Pütteri *Elem. Jur. Publici §. 373. p. 451.*

§. 22.

Legi *4. C. de prec. imper. offerend.* repugnant, qui falſo aſſerunt, uſum reſcriptorum moratoriorum vel ex gratia Imperatoris vel principis ſola, *invitis creditoribus*, conceſſorum haud valere. Sed *vid.* Ziegler. *de Jur. Majeſt. Lib. I. cap. 48. p. 8. ſq.* Berg. diſp. *de his, quæ circa præſcriptionem moratoriam falſe traduntur §. 6.* Boehmeri diſp. *cit. §. 4.*

§. 23.

Si moratorium a Principe territorii debitori, cujus bona ſolutionibus ſucceſſu temporis ſuffectura videntur, atque adeo concurſu creditorum nondum imminente, largitur, tunc prudenter agitur, ſi diſerte determinatur, *quænam debita a moratorio immunitate gaudere debeant*, ne poſtea *de hac vel illa debitione* lis excitetur, num a moratorio excepta ſit. Multa ſane in cauſa indulti moratorii impetrandi arbitrio & judicio ſagaciſſimi judicis ſunt relinquenda, adeo, ut vix quidquam generatim hic aſſeri ac contendi poſſit, quod concurrenti-

bus aliis diverſisque circumſtantiis reſtringi vel extendi convenit, in primis quum leges hujus vel illius loci, vel provinciæ in concedendis Reſcriptis moratoriis varient, plus vel minus exigendo.

§. 24.

Reſcriptis moratoriis non illi, qui *doloſe* propria culpa, *ludendo*, *luxurioſe vivendo*, *heluando*, *comiſſando*, *meretrices aliorumque uxores furtim inſectando*, *excurſiones pretioſas faciendo*, aliisque modis *ſceleſtis* in fraudem creditorum delinquendo ſibi egeſtatem conciliarunt, digni ſunt, quibus paululum gratiæ ac indulgentiæ conferatur (*). Hi homunciones dies noctesque eo alloborant, ut ſuo luxu ac defraudatione etiam alios frugaliter viventes ad inevitabilem inopiam redigant. Unde ejusmodi decoctores ac comiſſatores in *Reform. Polit. de ao. 1548. & 1577. tit. 23. p. m. 766. von verdorbenen Kaufleuten*, verbis: *einen Diebſtahl wohl vergleichen* furibus merito æquiparantur. Huc & ſpectat *Art. VII. der Hamburger Banquerottir- und Falliten Ordnung d. ao. 1647.* diſponens: Würde aber befunden, daſs er (Decoctor) durch übermäſſige Pracht, übles und fahrläſſiges Haushalten, unordentliches Verſchwenden, groſſe und unnöthige Gebäude, ſtattliche ſeiner Kinder Ausſteuer über ſeinen Stand und Herkommen in merkliche Schuldenlaſt gerathen, und dadurch ſeinen Nächſten wider die Chriſtliche Liebe, Recht, und Billigkeit betrogen, und zu Schaden gebracht, hernach aufgeſtanden, ausgetreten - - - Weilen ſolche betrügliche und ſchädliche Handlungen, die ſich *einen Diebſtahl wol vergleicht* &c. So wollen und verordnen Wir, daſs ein ſolcher Fallite, wenn er gleich *mit ſeinen Creditoren vertragen iſt*, und darauf zur häuſslichen Wohnung wiederkommet, zu keinen Dignitæten wieder gezogen werden, und wo er einige vorhin gehabt hätte, derſelben verluſtig ſeyn, aller *ehrlichen Geſellſchafft, Brüderſchafft und Verſammlung* ſich enthalten, unten anſitzen, auch in dieſer Stadt das Mäckleramt zu bedienen, und als ein anrüchtiger Mann über ehrliche Handlung, zu Gezeugen nicht zugelaſſen werden ſoll. Et *Reform. Francofurt. P. II. tit. 27. §. 8.* welches mehr als vor einen Diebſtahl zu achten &c. Ho-

neſti

neſti creditores aliique non abs re eſſe crediderint, ſi, talibus Bancoruptoribus pœnæ ſeveriori ſubjectis, hac finita, deinde etiam omnium dignitatum, munerum & beneficiorum portæ, tanquam infamibus vel vitæ turpidine inquinatis atque honeſtarum cœtu ſegregatis præcludantur. *L. 2. C. de dign.* STRYCK. *de abuſu reſcript. morator. cap. 2. §. 4.*

(*) Quinam in SAXONIA ELECTORALI pro *decoctoribus* habendi, in *Mandato de Bancorupt.* d. ao. 1766. §. 4. 10. 12. 18. 22. recenſetur. *Vid.* die *Fortſetzung des Codicis Auguſtæi tom. I. p.* 926. 930. 935. & 937. Solvuntur quoque *cum decoctore ſponſalia* contracta. *Vid.* B. HOMMELII *Rapſ. Obſ.* 400. *n.* 1. ne uxorem futuram in conditionem perverſam trahat rapiatque ſponſus obæratus. Bene itaque ac ac ſapienter in *Ordin.* proxenetarum *noviſſ.* Regis Boruſſiæ Auguſtiſſimi *d. ao.* 1765. injungitur proxenetis §. 19. So bald ein *Mäckler* erfähret, daſs ein Käuffer oder Verkäuffer, Geber oder Nehmer, in *tiefer Schuldenlaſt ſtecket*: oder ſo bald er bey ihrem Handel eine *Gefährlichkeit* oder *Argliſt und Betrug* wahrnimmt und entdecket, ſo iſt er ſchuldig ſich der fernern Unterhandlung zu entäuſern, oder ſo er wiſſendlich jemand in Unglück oder Schaden ſtürzet; ſo ſoll er nicht allein dafür hafften, ſondern auch ſeines Verdienſtes auf allezeit verluſtig ſeyn. *Vid. Dn.* UHLII *Cont. III. Corp. Jur. Camb.* SIEGELIANI p. 48. ſq. Optandum ſane eſſet, ut in omnibus civitatibus cenſores decoctorum inſtituerentur, qui *luxuriam civium* magiſtratibus indicarent, quo hi eamdem maturius coercere, ac ejus generis homunciones ad meliorem frugem redigere poſſent.

§. 25.

Si debiter Reſcriptum moratorium ab Imperatore vel principe territorii impetrare nitatur:

1.) Exigitur, ut ipſe debitor apud Imperatorem vel principem, teſtimonio magiſtratus, ſub quo domicilium habet, manifeſto doceat, ſe *facultatum ſuarum jacturam* feciſſe. STRYCK. diſp. *cit. cap. 2. §. 10.*

2.) Ut *non ſua* culpa, ſed *caſu fortuito* factam eſſe demonſtret, v. gr. ratione *belli, incendii, naufragii, ruinæ inundationis, prædonum, tempeſta-*

tis, fraude *debitorum vel bancoruptorum* perpeſſam eſſe. Quodſi ea, quæ in *Reformatione Politica Imperii Auguſtana d. ao. 1577.* (vid. ſupra §. 12.) præſcripta ſunt, non demonſtrentur, dilationes conceſſæ irritæ fiunt. *Reform. Polit. cit.* his verbis rem exprimit: Wo aber die anderer Geſtalt und mit verſchwiegener Warheit ausgebracht oder erlanget werden, alsdann ſoll ſie krafftlos und unfürträglich ſeyn, und dafür gehalten werden. STRYCK. diſp. *cit. cap. 2. §. 10. p. 269.* Unde eſt, quod præſcriptiones moratoriæ non facile mercatoribus, *decoctoribus* ſubveniant, qui ſuo luxu ac prodigalitate bona temere ac ſtolide abliguriverunt, aliosque ad penuriam redegerunt.

3.) Ut debitor poſt harum induciarum impetrationem etiam *futuræ ſolutionis* poſſibilitatem creditoribus oſtendat, cautionemque præſtet, ſe finitis induciis ipſis eſſe ſoluturum, *L. univerſa C. de prec. Imp. offer.* in tantum, ut licet in ipſo Reſcripto cautionis faciendæ *mentio* injecta fuerit *nulla*, vel penitus ſit remiſſa; debitor tamen non obſtante ea remiſſione, ſi velit iſtis uti induciis, obſtringitur creditoribus *ad cautionem de ſolvendo* præſtandam. *Ord. Hypothecar. & concurſ. Brandenb. d. 4. Febr. 1722. §. 78. 79. 80. 81. in Corp. Conſt. Brandenburgicarum P. II. Sect. 2. n. 39. p. m. 136. ſqq.* SAM. STRYCK. diſp. *de abuſu reſcript. morator. in impetrando cap. 2. §. XI. p. 270.* J. H. BOEHMERI diſp. *de litteris reſpirationis cap. 2. §. 9. & 13.* CRUSIUS *ad Jus ſtatutarium Reip. Mindenſ. Dec. 3. p. 108. ſqu.* J. G. ZEIDLERI diſp. *de carcere debitorum §. 47. p. 36.* Huic præſtationi *cautionis de ſolvendo* contradicit b. ESTOR. *in der teutſchen Rechtsgelahrheit P. II. p. 378. ſq. §. 3726.* his verbis: Daſs aber derjenige, welcher die Einrede *des eiſernen Briefes* vorſchützet, dem Gläubiger Vorſtand wegen der Bezahlung leiſten müſſe, iſt Römiſch. *L. 4. C. de prec. imp. offer.* Worauf det Kayſerl. Reichs-Hofrath bey Ertheilung der eiſernen Briefe nicht zu ſehen pfleget. VON NEUMANN *Princip. proceſſ. Imp. aulici §. 65. p. 135.* in formulare n. 208. & 309. p. 409. PFEFFINGER. in *Vitr. illuſtr. Lib. III. tit. 2. §. 28. ſqq. p. 137.* Hactenus ESTOR.

§. 26.

§. 26.

Quum autem, conceſſis induciis, ſubinde contingere ſoleat, ut debitor interim *fugam arripiat*, creditores eludat, vel bona, quæ interim adquirit, vel adhuc poſſidet diſſipando, ſpem creditorum intervertat illudatque; *cautionem a debitore idoneam* de debitis in futurum ſolvendis præſtari par cenſetur, quod & in *Lege* 4. *C. de prec. Imp. offerend.* expreſſe conſtitutum eſt. Gail. *Lib. II. Obſ.* 46. *n.* 4. Hering. *de Fidejuſſ. O. S. n.* 128. *ſq.* Quumque in Jure nullibi nobis obvium ſit veſtigium, num diſtinguendum ſit, utrum *ad annum*, *biennium*, *an quinquennium* dilatio indulta, *omni caſu* eadem ratio cautionis militet ſcilicet præ creditoribus, ne fraude debitoris actio inanis relinquatur, vel plane pereat. *Vid.* Boehmeri *diſp. d. litteris reſpirationis Cap.* 2. §. 7.

§. 27.

A creditoribus, qui rerum ſuarum ſatagunt, ſibique plene proſpici nituntur, requiritur, ut *cautionem* jure exigant, neque hæc ipſis denegetur; *nulla* vero *cautione exacta*, princeps *ſine hac* inducias nonfacile concedit; ſicut enim nec judex, niſi a partibus imploratus, ſubvenire ſolet. *L.* 4. *C.* §. 8. *de damn. infecto. L.* 69. §. 3. *ff. de Leg. & fideicomm.* 2. *L.* 2. §. 1. *ff. quod legator.* ita nulla principem ſubigit ratio, ut ipſe, creditoribus haud implorantibus, *neceſſitatem cavendi debitori* injungat. Gail. *II. Obſ.* 46. *n.* 14. Ne autem princeps creditoribus jus legitime quæſitum auferat, nec petitam a creditoribus *cautionem* debitori remittere ſoleat, creditorum eſt officium *cautionem* inſtantius poſcere. *L.* 7. *C. d. proc. Imp. offer. L.* 8. *ff. d. præt. ſtipul.* Böhmeri *diſp. cit. Cap.* 2. §. 15. Stryk, *diſp. d. ab uſu Reſcript. morator. Cap.* 2. §. 12. *p.* 271.

§. 28.

Licet non aliter dilatio moratoria concedatur, quam ſi *fidejuſſio idonea* ſuper ſolutione præbeatur, *L.* 4. *C. de prec. imper. offerend.*

Donell.

DONELL. *L. 22. c. 9. lit. n.* ſed ita, ſi creditores petant; neque enim princeps proprio motu exigit *cautionem hanc*; uti jam dictum. ZIEGLER. *de Jure Majeſt. Lib. I. C. 48. §. 13. p. m. 799.* Quum autem pro homine obærato, in quo forte omnis ſpes melioris ſortis decollavit, non facile aliquis *fidejuſſor* fidem ſuam interponere velit, & creditores nihilominus tamen debitorem urgeant, vt *per fidejuſſores* idoneos *cautionem præſtet*, tunc ſi hos ſiſtere nequeat, pignora ſunt exigenda, BÖHMERI *diſp. de litteris Reſpirationis cap. 2. §. 13.* &, ſi ne hæc quidem ſuppetant, admittendum erit debitoris *jusjurandum*, modo integræ famæ ac exiſtimationis ſit, ne perjuriis ac fraudibus præbeatur anſa. Deficiente enim alio cautionis præſtandæ modo, *jurata* tunc *cautio* demum in ſubſidium vocatur. *L. 6. ff. ſi cui plusquam &c.* RICHTER *P. II. Dec. 67. n. 3. P. II. Dec. 77. n. 35.* HAHN *ad Weſenb. tit. qui ſatisd. cogunt. n. 10. in fin.* BERLICH. *P. I. Concl. 20. n. 53.* BOEHMER *diſp. de litteris reſpirationis Cap. 2. §. 14.* HILLIGER *l. c.*

§. 29.

Etiam ſi Reſcripta moratoria *ad vnius anni tempus* indulgeantur, & quum idem præjudicium æque ac *in quinquenali* metuendum ſit a malevolo debitore, qui & in brevi intervallo aufugere & bona diſſipare poteſt; neceſſe eſt, ut creditoribus cautio alias præſtanda etiam circa hanc dilationem brevem non denegetur. *Vid. J. H.* BÖHMERI diſp. *de litter. reſpirationis. Cap. 2. §. 7.*

§. 30.

Quodſi apud debitorem gravior adſit metus diſſipationis, conſultius habetur, ut res *fidei debitoris juratæ non committatur*, ſed in majorem creditorum ſecuritatem *adminiſtrator bonorum* tam conſervandorum, quam augendorum cauſa conſtituatur, ut in Provinciis Auſtriacis *Reſcripto* LEOPOLDI *Imp. d. 28. Julii 1704. ap.* J. JAC. WEINGARTEN *in Cod.*

Cod. Ferdin. Leopold. Ioſeph. & Carolino n. 613. *p.* 648. ordinatum animadvertimus. V. Hellfeeds *Repert. Jur. Privat. p.* 2135. Si vero *adminiſtrator bonorum* conſtituendus eſt, ob ejus curam ac operam in commodum creditorum in adminiſtrandis debitoris bonis navatam, moratorium *ad ejus ſalarium* annuum non eſt adplicandum & extendendum. *Leg.* 2. §. *fin. L.* 3. *ff. d. Curat. bonorum.* Zipfel. *von Wechſelbriefen und deren Uſance p.* 88.

§. 31.

Interdum etiam debitore induciis his gaudente, non autem ita, vt decet, curæ creditorum ſatisfaciente, vt potius luxurioſius vivens genio ſuo indulgeat, vel quod ſupereſt, defraudando creditores in alienum uſum convertat; tunc creditoribus principem *concedentem* implorare integrum eſt, vt *Reſcriptum*, propter ejus abuſum revocet. §. *fin. Inſt. d. his qui ſui vel alien. jur. Cauſ. II. qu.* 3. *C. II. X. privil.* Mev. *Diſc. Levam. inop. debitor. cap.* 8. §. 16. Nam ſi debitor v. gr. ſub induciis facultates ſuas in præjudicium aut incommodum Creditorum imminuere, aut res oppignoratas alienare tentet; recte creditor, non obſtante exceptione moratoria, *pretium* arreſtari aut venditionem rei ſibi obnoxiæ impedire curat, etiamſi debitor aliter cavere velit. *L.* 6. §. 1. *quib. mod. pign. vel hypothec. ſolv.* Mev. *P.* 6. *Dec.* 366.

§. 32.

Germanorum Imperatores & Principes in concedendis induciis moratoriis plus proteſtatis ſibi tribuerunt, quam Romani Imperatores. Nam & *inconſultis creditoribus & ultra quinquennium* inducias dederunt. Nam tempus dependet ab arbitrio imperantis, atque adeo ab illo ad quot annos eae ſint indulgendæ. Carl. Frid. Walch. *Introd. in controv. J. Civilis S.* 4. *C.* 3. §. 6. *p. m.* 484. Licet Principes Imperii non facile *quinquennium* excedant. Quæſtio enim, in quantum tempus moratorium Re-

ſcriptum ſit protendendum? eſt juris publici vniverſalis, atque adeo circa eam eſt trutinandum ac circumſpiciendum, quid ſaluti publicæ conveniat ac expediat. Dantur igitur *Reſcripta moratoria* vel *ad annum*, vel *triennium*, *qnadriennium &c.* ob juſtas autem & graviſſimas cauſas Princeps *etiam longius* conſtituere ac protendere poteſt. SAM. STRYK. *de abuſu Reſc. mor. C. 2. §. 15. p. 273.* J. H. BÖHMER. diſp. *de litteris reſpirationis c. 2. §. 6.* Induciis a Principe in tempus *non definitum* conceſſis, *pro quinquennalibus* habendæ ſunt, vel de eo, an *per quinquennium* duraturæ ſint, principis voluntas exploranda eſt. *Vid.* MEVIUS *de levamine inopiæ debitorum Cap. 4. n. 19.* & Perill. FRID. ES. de PUFFENDORFF. *Obſ. J. Univ. Vol. 2. Obſ. 22. §. 5. p. 110.* Quum jus indulgendi *moratorias* litteras numero illorum jurium ſit, quæ a ſola *majeſtate* vel *ſuperioritate territoriali* dependent; manifeſte liquet, a *voluntate Principis* liberrima pendere *ad quod tempus* debitorem adverſus rigidos creditores tueri velit, licet plerumque *ad quinque annorum ſpatium* concedantur. *L. ult. C. qui bon. ced. poſſ.* nam Principi â communi ſtilo recedere & beneficio ſuo debitori vel ampliorem vel breviorem pro rerum circumſtantiis terminum conſtituere integrum eſt.

§. 33.

Quodſi debitor bonis lapſus *dominum territorii* de concedendis litteris moratoriis imploraverit, hic autem eas, diſquiſitione ſuper meritis cauſæ iſtituta denegaverit, *debitori* non competit *jus ad Imperatorem vel Cameram Imperii adpellandi.* Nam ipſe Imperator nullas concedit inducias, niſi magiſtratus, ſub quo debitor obæratus poſſeſſionem tenuit, *relationem de iis*, quæ debitorem circumſtant, transmiſerit, prout ſanciunt *Ord. Polit. Auguſt. d. a. 1548. tit. 22. §. Ord. Polit. Francof. d. 1577. tit. 23. §. 4. Reichs-Abſchied d. a. 1654.* Ergo *a denegatione induciarum* principis territorii *adpellatio ad Imperatorem* eſt irrita. *Vid. de* LUDEWIG. *Conſ. JCtor. Hallenſ. Conſ. 172. p. 435.* qui & addit:

litteræ

Litteræ moratoriæ non tam ex beneficio juris, quam ex gratia Principis proveniunt, & non niſi iteratis precibus acquiruntur. Vel, ut germanice ſe exprimit: dieweil die *Anſtandsbriefe* nicht ſowohl ein Recht, als vielmehr *die Gnade und Erbarmung des Kayſers oder Landes-Herrn zum Grunde haben*, und ſolche zuerhalten, keine andere Mittel gebraucht werden mögen, als offt wiederholtes flehen, Vorſtellen und ſuppliciren; quodſi contingat, Princeps non ſtatim ad preces haſce ſuper moratoriis factas reſcribere, ſæpius & non nunquam opportunius inſtare debemus. FREUNDEBERG. *de Reſcr. moratoriis. tit. 7. n.* 92. 93.

§. 34.

Reſcripto moratorio in quovis proceſſus genere locus, hinc inde datur, ſive *ordinarius*, ſive *ſummarius* ſive *executivus* in ſpecie, *alicubi* etiam in *cambiali*.

§. 35.

Uti ceſſionis bonorum beneficium in executivo proceſſu admittitur, ita & *exceptio moratoria*, ab illa ad hanc validum ducitur argumentum. Ceſſio enim eſt beneficium a lege indultum, moratorium vero Reſcriptum a Principe conceſſum, cui *eadem vis* cum illa jure tribuitur. STRYK. diſp. *d. abuſu Reſcript. morator.* §. 13. COLERUS *de Proceſſ. Exec. P. I. c.* 9. *n.* 33. Pleraque enim debita per chirographa a debitore data, atque adeo inſtrumenta *guarentigiata* probantur, ergo etjam locum inveniunt moratoria in proceſſu executivo. *J. H. de* BEGER. diſp. *d. his, quæ circa præſcriptionem moratoriam falſo traduntur* §. 27. LYNKER. *Reſol. Diſc. Forenſ. Reſol.* 250. *p.* 124. Licet multi aſſerant, ab inducierum beneficio excludi *beneficium ceſſionis*, atque debitori, interveniente moratorio, amplius admitti non poſſe ad ceſſionem bonorum. *Vid.* FREUNDEBERG. *d. Reſcript. morator. Concl. LXI. p.* 372. *ſqq.* ZIPFFEL. *von Wechſelbriefen. p. m.* 452. BARTHI *Hodeg. Forenſ. cap.* 3. §. 35. *lit. a. p. m.* 727.

m. 727. alii autem rectius ſentire videntur, qui finitis induciis, adhuc *beneficio ceſſionis bonorum* locum dant, quum nulla adſit ratio, cur debitori, qui non ex frandulentis rationibus, ſed ſub ſpe *amplioris fortunæ* litteras moratorias impetravit, & hactenus etiam nullum laborem ac ſtudium acquirendi neglexit; nihilominus tamen, fortuna ipſa adverſa, tantum acquirere non potuit, ut creditoribus ſuis ſatisfacere valeret, beneficium ceſſionis non indulgendum ſit. In primis, *cum electio unius remedii* non ſtatim operatur *excluſionem alterius.* PERETZ. *Præl. ad Cod. tit. qui bonis cedere poſſ. n.* 25. *p. m.* 685. ZOESIUS *ad ff. de Ceſſ. bonor. n.* 21. BACHOV. *ad Treutler. Vol.* 2. *diſp.* 24. *th.* 4. *lit. c.* LAUTERB. diſp. *de Benef. Reſc. morotor. Cap.* 8. §. 42. Diſſent. STRYK. *d. abuſu Reſcr. morat. c.* 2. §. 13. BOEHM. *diſp. cit. Cap.* 2. §. 19.

Quanam via debitori obærato in provinciis *Regis Boruſſiæ* hodie ingrediendum ſit, ſi ad beneficium *ceſſionis bonorum* flebile admitti velit, in *Delineatione* CODICIS FRIDERICIANI *P.* 4. *tit.* 9. *Sect.* 6. *p.* 196. hunc in modum præſcribitur: Wenn ein Schuldner, ſonderlich ein *Handelsmann*, ehe er von ſeinen Creditoren gedränget wird, bey Nachſehung ſeines Vermögens oder gezogener Balance, welche er alle Jahre ziehen muſs, daſſelbe nicht zureichend befunden; So muſs er binnen ſechs Wochen, nach gezogenen Calculo (welche Zeit er allenfalls eydlich beſtärken muſs) ſolches in ſeinem *Foro ordinario* anzeigen, ein Inventarium ſeines ganzen Vermögens, inſonderheit der Activ- und Paſſiv-Schulden, übergeben, deſſen zur eydlichen Beſtärkung erbiethen und alle und jede Unglückfälle ſpecificiren und ſolche beſcheinigen, ſich zu Edirung ſeiner Briefſchafften und Handlungs-Bücher offeriren und bitten, *daſs er zu dem beneficio ceſſionis zugelaſſen*, und zu dem Ende ſeine Creditores edictaliter citiret werden mögen. Der Richter muſs darauf, wie oben bey dem Moratorio verſehen, verfahren, und die Creditores citiren, um ſich zu erklären, eventualiter aber zu liquidiren. Quodſi debitorem hanc viam a Rege Boruſſiæ Auguſtiſſimo præſcriptam ingredi

di aes alienum urgeat, judici incumbit, ut ſolemni ſententia *in flebile ceſſionis beneficium*, invitis etiam creditoribus, conſentiat, idque debitori attribuat. Si quis STRALSUNDÆ luxurioſe videndo, comiſſando & aliis modis in grande æs alienum inciderit, quo obrutus non admittitur *ad ceſſionis bonorum beneficium*, ſed potius carceri mancipatur vel ad operas publicas faciendas obſtringitur. *Stralſunder revidirte Gerichts Ordnung cap.* 36. §. 3. *p.* 164. ita diſponit: Jedoch wenn ſie ihn (die Creditores den debitor) zu der Ceſſion nicht verſtatten wollen, zuerſt offenbahr oder durch vermittelſt eines ſummariſchen Behörs befindlich ſey, daſs der Schuldner das Seinige durch Miſſiggang, übermäſſigen Pracht, Spielen, Doppeln, Freſſen und Sauffen, unehrbahren Wandel und Leben, unnützliche Gebäude, höheres Ausſteuren ſeiner Kinder, als ſein gehabtes Vermögen ſich erſtrecket, oder durch andere Prodigalitæt verbracht, oder darzu die geliehene Gelder verwandt, oder auch daſs jemand ſich höher in Bürgſchafft eingelaſſen, als ſeine Güter und deren Abnützung auftragen können, alſo ſich mit Schulden vorſeztlich überhäuffet, oder auch andere ehrliche leute gefährlicher Weiſe zu Bürgen ausgeſezet; bey Befindung ſolcher Beſchaffenheit ſoll auf der Creditoren Anhalten der Debitor des beneficii Ceſſionis ohnfehig erkannt, wegen ſolches Betrugs, und ſeinen Creditoren oder Bürgen verurſachten Schadens in gefängliche Hafft genommen, und ihm täglich zu ſeiner alimentation 1 *ßl.* gereichet, ſonſt auch, nach geſtalt der Perſon, ſein Brodt zu verdienen zur Arbeit angehalten werden. Qua autem ratione debitor ad beneficium ceſſionis bonorum ibiden admitti poſſit in §§. ſequentibus ſancitur.

Jure HESSO-CASSELLANO decoctor *ad ceſſionem* bonornm, *niſi inevitabiles infortunii caſus* ſine ſua culpa perpeſſus ſit, eosque demonſtrare poſſit, non admittitur. *Heſſen Caſſeliſche Verordnung vom* $\frac{5}{16}$ *May* 1747. §. 3. *& Ill.* KOPPS *Nachricht von Geiſtl. und Civil-Gerichten in Heſſen-Caſſel. Landen. P. II. p.* 304. ibique ſimul ex alleg. *ordinationis* §. 7. refert, quo pacto debitor obæratus ſeſe ad ceſſionem bonorum admiſſibilem reddere debeat. *Vid.* KOPP. *l. c. p.* 304. *ſq.*

§. 36.

Ceſſionis vero bonorum beneficium creditori *adverſus litteras cambiales* obtrudere non licet, prout etiam reſpondit *Fac. Lipſ. jurid.* ap. BARTHIUM *Hodeg. Forenſ. cap. 3. §. 35. lit. 4. p.m. 726.* niſi creditor conſentiat, nam creditori debitorem in cauſa *cambiali* jure cambii perſequi integrum eſt.

§. 37.

Quodſi chirographum debitoris *fidejuſſore* munitum appareat ac debitor deinde moratorium aſſequatur, fidejuſſori a creditore *convento* in promtu erit exceptio *Ordinis* ſive *excuſſionis*, qua actionem tantiſper declinare poteſt; ſiquidem excuſſioni debitoris a creditore locus prius dari nequit, quam tempus, reſcripto *moratorio* definitum, præterlapſum ſit. *Auth. præſente C. de fidejuſſ.* COLER. *de Proc. execut. P. I. c. 4. n. 23. Reſcriptum* enim *moratorium* a debitore impetratum, etiam fidejuſſoribus prodeſſe, atque adeo ad hos extendi poſſe admodum probabile videtur. Nam exceptionibus, quibus debitor uti poteſt, etiam fidejuſſori proſunt. *L. 19. ff. de Except. L. 11. C. eod.* Quumque fidejuſſio tanquam *acceſſorium* regulariter omnibus illis privilegiis ac beneficiis juris ſtipata intelligatur, quibus debitum *principale* gaudet, fortiſſimum fundamentum pro fidejuſſoribus deducitur a *Reſcripto moratorio*; unde colligimus etiam, reſcriptum moratorium, quo intra certum tempus *debitori* induciæ indulgentur, etiam *fidejuſſori ejusd. prodeſſe.* Fidejuſſor enim non intelligitur aliter ſe obligaſſe ad ſolutionem, niſi quatenus *principalis debitor* prius excuſſus & non ſolvendo repertus fuerit. De cætero, quum Reſcriptum moratorium exceptio *dilatoria* ſit, conſequitur, eam non perſonalem ſed *realem* eſſe, præſertim quum non ex perſona, ſed *ex ipſa cauſa*, nempe *debiti ſolutione* fluat. VULTEJUS *in Comm. Inſt. de Except. n. 18.* Accedit & hoc, quod ſi induciæ debitori ſuppeditatæ fidejuſſori haud prodeſſent, *tota vis moratorii peritura foret.* Fidejuſſor enim, ſi creditori ſatisfacere compelleretur, regreſſum ſuum *actione mandati* adverſus debitorem experiatur, eundemque ad reſtituendum id, quod pro ipſo ſolvit, eadem facilitate adigat, cui reſcriptum moratorium, utpote contra creditoris perſo-

perſonam conceptum directumque, fruſtra opponeretur. *Vid.* J. H. Berger. diſp. *de his, quæ circa præſcriptionem moratoriam falſo traduntur* §. 22. Ziegler. *de Jur. Maj. Lib. c. 48. §. 19. p. 804.* Quæ quum ita ſint, non obſtat, quod alioquin hæc *exceptio excuſſionis* ceſſet, ſi debitor conveniri nequit, vel ſi difficilis conventionis ſit. Quamdiu enim moratoria præſcriptio *durat, etiam contra fidejuſſorem actio ceſſat*, & conſequenter non indiget fidejuſſor exceptione excuſſionis. *Conf.* Tob. Barth. *diſſenſuum in Praxi Diſſ. 865. p. 639.* & Ziegler. *de Jure Majeſt. Lib. 1. cap. 48. §. 19. p. 803.* (*) *Diſſentit* Jo. Voet. *Comm. ad ff. Lib. 42. tit. 3. §. 19. p. 669.* Casp. Manzius in *Patrocinio debitorum depauperatorum Decad. IV. qu. 9. n. 117. p. m. 202.* & Lauterb. diſp. *de Benefic. reſcript. moratorii cap. 4. §. 17.* qui aſſerit: contrariam ſententiam omnino locum habere, ſi fidejuſſor *beneficio ordinis* renunciavit; vel ſi fidejuſſor cum effectu habeat regreſſum adverſus principalem debitorem, ſi hic iſti privilegio renunciavit.

(*) Hoc argumentum plenius ac erudite nuper elaboratum edidit D. Car. Ge. Reinhard. in diſp. *de Exceptione literarum reſpirationis & vel debitoris fidejuſſoribus proficua*, ſub præſidio Ill. Alb. Philip. Frickii *Helmſt.* 1779. habita.

§. 38.

Effectus moratorii ad debitoris *heredes non tranſit.* Hocce enim privilegium eſt ſaltem *perſonale*, quod inſeparabiliter perſonæ cohæret & cum illa extinguitur. *L. 86. de R. J.* J. H. Boehmeri diſp. *de litteris reſpirationis &c. Cap. 2. §. 10.* niſi *ad heredes expreſſe extenſum ſit;* ergo impetrans bene ac provide agit, ſi heredis ſui nomen inſeri curet litteris moratoriis, quod multo ſecurius, quam ſi nude imploretur: Daſs er oder ſeine Güter innerhalb ſo und ſo vieler Zeit von denen Creditoribus keinesweges belaſtiget werden möchten. Hæreditate enim adita, bona non amplius conſiderantur pro bonis defuncti, ſed inſtar proprii heredis patrimonii habentur. Limnæus *Lib. 4. cap. 8. §. 343 p. 293.* Ziegler. *de Jur. Majeſt. Lib. 1. cap. 48.*

§. 19.

§. 19. p. 804. b. LAUTERB. disp. *de benef. Rescript. morator. cap.* 4. §. 16. *Conf.* TOB. BARTHII *Dissensuum in Praxi Diss.* 864. p. 638.

§. 39.

Si ante lapsum concessi temporis moratorii debitor ad pinguiorem fortunam interea redeat, a creditoribus conveniri & ad solvendum compelli potest, licet adhuc *moratorium* duret. Nam nunc cessat *inopia*, ergo & cessat *effectus* moratorii; tutius tamen habetur, si creditores Principem, rebus ita comparatis rogent, ut *moratorium* tempori aptet & *tollat*, & debitorem ad solutionem compellat. *Vid.* PFEFFING. *Tom. III. tit.* 2. §. 29. *lit. e. p.* 140. *Conf.* LAUTERB. disp. *cit. cap.* 6. §. 39. ORD. HYPOTHECARUM & CONCURSUS BRANDENBURG. *d.* 4. *Febr.* 1722. §. 82. de hoc casu ita disponit: Wenn gleich ein Indult - - von Uns einem Schuldner ertheilet, und derselbe währender Indult-Zeit *durch Erbschafft oder andere Mittel unvermuthet zu besseren Vermögen gelangen*, und solvendo werden solte, hat er sich des Moratorii ferner nicht zu gebrauchen, sondern der Gläubiger Forderungen sind durch gewönliche Executions-Mittel, im Fall der Schuldner selbst keine Anstalt zur Zahlung machet, beyzutreiben; Es muss aber die Verbesserung des Vermögens *in continenti erweißlich seyn*, und darüber kein Process verstattet, noch der Debitor unnützlich fatigiret, mithin des Effects vom Indulto per indirectum beraubet werden. *Vid. Corp. Const. Marchicarum P. II. Sect.* 2. *n.* 39. *p.* 136.

§. 40.

Quodsi obæratus debitor concessis induciis moratoriis *non fuerit* usus, ac nonnullis creditoribus solverit, *citra protestationem* ac *privilegii sui reservationem;* tunc eidem renunciasse præsumitur. *Vid. Corp. Constit. Marchic. P. II. Sect.* 2. *n.* 39. §. 41. *p.* 127. *Vid.* J. H. BERGER. disp. *cit.* §. 12. MENOCH. *de arbitr. judic. quæst. L.* 2. *c.* 203. *n.* 28. SAM. STRYCK. disp. *de abusu rescript. moratoriorum cap.* 2. §. 14. Aliquando etiam ejus generis rescripto sibi prospiciunt debitores, qui malam

malam creditorum ſuorum fidem metunt; deinde vero, ubi his præter expectationem *ſolutionem* præſtant, reſcripto moratorio renunciant. *Vid.* Zoesius *ad Tit. ff. de Ceſſione bonor. n.* 25. Reſcripta vero moratoria *debitori* adhuc *ſolvere valenti* non dari conſtat. *Conf. Manipulus Reſponſorum, votorum, Jenæ* 1726. *editus reſp.* 4. *p.* 29. *ſqq.*

§. 42.

Uſuræ etiam medio tempore impetratarum induciarum currunt & *debent ſolvi poſt decurſum moratorii*, niſi ſimul in Reſcripto moratorio hoc determinatum ſit, quod debitor intra hanc temporis intercapedinem etiam ab uſurarum præſtatione immunitate gaudere debeat. *Ordinatio Polit. Magdeburgica c.* 51. §. 8. p. 584. diſerte conſtituit: Auch ſollen diejenigen, welche den Anſtands-Brief ausgewürket, zeit währender Indult mit der Zinſs-Reichung zwar verſchonet werden, nach Ablauff des Indults aber, *was unterdes verfallen*, mit den folgenden Currenten *zugleich zahlen*, atque *Deciſ. Saxon. Elect.* 30. ibi: Auch werden die Zinſen *bey währenden Anſtande* dem Gläubiger nicht abgeſtricket, jedoch zugleich mit dem Capital geſtundet (*). *Vid.* Ern. Mart. Chladenii diſp. *de Reſcript. moratoriis curſum uſurarum non ſiſtentibus* §. 16. Pfeffing. *ad Vitriar. Tom. III. tit.* 2. §. 29. *lit. a. p.* 138. Ludewigs *Conſil. ICtorum Hallenſium Vol. I. Conſ. XLV. n.* 4. 5. *ſqq. p.* 111. *ſq.* Sam. Stryck. *de abſu Reſcript. cap.* 2. §. 16. J. H. Berg. diſp. *de his, quæ circa præſcriptionem moratoriam falſo traduntur* §. 18. *ſqq.* Lyncker. *Diſcept. For. Reſol.* 250. *p.* 174. Boehmer. diſp. *cit. c.* 2. §. 16. Dn. Carl. Frid. Walch. *Introd. in controv. Jur. civil. S.* 4. *cap.* 3. §. 5. *p. m.* 483. Joann. Voet. *in Comm. ad ff. L.* 42. *tit.* 3. §. 15. *p. m.* 668. Tob. Barth. *Diſſenſuum in praxi Diſſ.* 866. *n.* 2. *p.* 640. Ziegler. *de Jur. Majeſt. L. I. c.* 48. §. 17. p. 802. Diſſ. Helfelt. *Repert. J. Privati voc. moratorii p.* 2135. Quod ad illas uſuras ſpectat quæ *tempore impetrati* reſcript. moratorii *currere necdum cœperant*, magis eſt, ut *durante reſcripti beneficio* non incipiant deberi, eo quod in mora non intelligitur eſſe is, a quo pecunia *propter exceptionem* peti non poteſt, adeoque ſortis petitione dilata, conſequens eſt, ut ex eo demum

demum tempore, quo mora facta ex lege ceſſat, uſurarum ratio habeatur. *L. 40.* verſ. *ſed cum ſortis ff. de reb. cred.* VOET. *l. c.* §. 15. p. 668.

(*) Quodſi debitor, finitis induciis & petita executione, in continenti probare poſſit, ſe, durante indiciarum tempore, *nihil fructuum ex bonis ſuis* percepiſſe, aut percepere potuiſſe, ab earum præſtatione demum liberari poſſit. BERG. *Oec. Jur.* lib. 3. tit. 8. th. 12. not. 2. ZIEGLER. *de Jur. Majeſt.* Lib. 1. c. 48. §. 18. p. 803.

§. 42.

Impetrato a principe territorii moratorio, verior æquiorque ſententia eſt, debitorem impetrantem non impediri, quominus ipſe *adverſus ſuos debitores* experiri poſſit. FREUNDEBERG. de *Reſcript. morator. Concl. 52. p. 323.* (*) Verior quoque eſt: quia in privilegiis, quo ſpectant induciæ moratoriæ, *Edictum, quod quisque juris in alterum &c.* exulat (**), ſed & æquitas inde elucet, quod ejusmodi Reſcriptum alioquin vi deſtitueretur, utpote quod eo collineat, ut impetrans debitor *vires colligat*, atque adeo exactis debitis ſolvendo exiſtat, LANGMANNS diſp. von *Wechſel und Wechſelſachen* §. 224. pag. 41. in RAUMBURGERI *Wechſelrecht.* LYNCK. *Dec.* 434. p. 273. TOB. BARTH. *diſſenſuum in praxi Cent. I. diſſ.* 166. n. 2. p. 95. LAUTERB. diſp. de *benefic. reſcript. morat. cap.* 8. §. 43. SLEVOGT. de *Retorſione in moratorio non competente.* Quodſi tamen prædictum Reſcriptrm *ſub- & obreptitie* impetratum eſſe probent impetrantis debitores, tunc quidem non jure *retorſionis*, ſed permodum *compenſationis* debitum retinere poſſunt impetrantis debitores. BERG. *El. Diſc. Forenſ. ad Tit. XI. p.* 355. *Conf.* BOEHM. diſp. de *litteris reſpirationis cap.* 2. §. 12.

(*) Jure autem MAGDEBURGICO (vid. *Ordin. Polic.* cap. 55. §. 6.) juri retorſionis locus quandoque datur his verbis: Wer wider ſeine Gläubiger von der Obrigkeit *Anſtands-Briefe* erhalten, und bey Unſers Herzogthums Madeburg, *ohne ihre Schuld verarmten Schuldnern* die Zahlung fordert, der ſoll ihnen ebenfalls zur Bezahlung gleichmäſſige Stundung zu geben ſchuldig ſeyn. Nam ſi

æque

æque ad incitas ſine culpa debitor ſit redactus, æquitas poſcit, ut miſericordia erga eum quoque exhibeatur.

(**) Aſt privilegium *moratoriæ* habens non utitur illa contra habentem *ſimilem moratoriam*. Berlich. P.I. Concl. 5. n. f. *Deciſ. Saxon. Elect.* Deciſ. 30. Nam hæc retorſio nequaquam eſt adhibenda adverſus eum, qui moratorium privilegium, tanquam *beneficium*, legitime impetravit. Hinc *L.* 4. *ff. quod quisque jur.* dicitur: *Adverſus retorquentem retorſio locum non habet.*

§. 43.

Licet indultum moratorium obligationem ſolvendi & ejus jus agendi ſuſpendeat, atque *curſum præſcriptionis*, quæ nexui cambiali obſtat, ſimul ſufflaminet, atque adeo locus detur *exceptioni* moratorii. *Conf. Cod. Fridericianus Reg. Boruſſ.* P.IV. Tit.IX. §.187. *Preuſſiſche und Brandenburgiſche Wechſelordnung de ao. 1751.* Art. 25. in Uhlii *Cont. I. Corp. Jur. Camb.* Siegeliani p. 7. (*) Interim tamen non deſunt, qui aſſerunt, durante induciarum tempore *præſcriptionem* currere. Ob diſſenſum itaque nonnullorum Jureconſultorum, quum alii cambium interea nihilominus in judicium producendum, actionemque *inſtituendam eſſe moneant*, tutius eſt prolongationem cambii eligere. Sixt. Jac. Rapff diſp. *de prolongatione cambii ejusque effectibus* §. 12. Jure igitur *Saxonico Electorali* exiſtimant JCti, ſi interea creditor annale iſtud præſcriptionis ſpatium præterlabi patiatur, tunc jus ſuum *cambiale* perdidiſſe, quia lex cambialis *Lipſienſis* §. 32. clare diſponit: Daſs *binnen Jahr und Tag* der Creditor ſeine Klage wieder den debitorem in ſolcher Zeit anſtelle, und auf die Recogition des Wechſelbriefs klage. Licet enim, obſtante moratorio cum effectu ad impetrandam *ſolutionem* agi nequeat; actio tamen ob legis cambialis injunctionem & conſervationem rigoris litterarum cambialium inſtituenda eſt ad interrumpendam præſcriptionem. *Vid.* Küstneri diſp. *de menſtrua & annali præſcriptione* §. 51. p. 79. ſq. Jo. Gerh. Schlitte ad Ludovici *Proc. Camb.* cap.XI. §. 15. p. 155. Ergo rectiſſime creditores ſibi conſulunt, qui *durante iſta dilatione*, cambia in judicio producunt, actionem inſtituunt, quamvis executio usque ad fi-

nem moratorii differatur. *Vid.* HEINECCII *Elem. Jur. Camb.* Cap. V. §. 38. Hodie in *Saxonia Electorali* adversus non-mercatores *post lapsum quadriennii* demum præscriptio cambii intrat ac obtinet.

(*) Interea temporis, quo alicui moratoria dilatio indulta est, secundum JCtorum prudentium sententiam præscriptio adversus creditores *ex. juris analogia* non currit, sed dormit, atque adeo præscribendi facultas omnino impeditur & sequestratur. *L. fin. C. qui bon. ced. poss.* ubi in fine leguntur verba: *Nullo præjudicio creditorum cuiquam ex quinquennii dilatione circa temporalem præscriptionem generando. Conf.* WILH. ANT. de FREUNDERERG Tr. *de Rescriptis moratoriis Concl.* 58. *p.* 355. LAUTERB. *de Benefic. Rescripti morat.* §. 41. & J. E. B. *Entwurf des Wechselrechts cap.* 8. *fr.* 21. *p.* 117. VOET. *ad ff. Lib.* 32. *t.* 3. §. 15.

§. 44.

Quoties constat, debitorem induciis concessis esse usurum, idem beneficium eundem ratione reliquorum, ad quos cambium spectat, foro cedentis (*) similem reddit. Proinde ANDR. LESER *in Beantwortung einiger von Wechseln und Wechselbriefen herrührenden Zweifeln* p. 17. scribit: Ich beruffe mich auf das uhralte Axioma cambiale, dass bey erfolgenden Bancorotto, Accordirung, *Moratorio*, Punto, und was mehr zu diesen fast gleich viel heissenden Dingen gezogen werden kan, alle noch unverfallene Wechselbriefe vor bezeitiget oder verfallen geachtet werden, und zu achten seyn. *Conf.* FRANCK. *Inst. J. Cambialis* Lib. II. Sect. 3. tit. V. §. 4. p.m. 103.

(*) Cum *Argentarii* cedebant tabernis mensisque suis & alio fugiebant, atque ita creditores fallebant, dicebantur: *Foro cedere.*

§. 45.

Instrumenta *guarentigiata*, licet quibusdam in locis vim sententiæ definitivæ & rei judicatæ secum ducant, rescriptorum tamen moratorio-

ratoriorum effectum neutiquam ſuſpendunt. *Vid.* Fabr. *Cod. Sabaud.* Lib. I. tit. 9. def. 5. Stryck. diſp. cit. c. 3. §. 15. p. 287. Ein Schuldner kan ſich auch mit ſeinem Moratorio ſchützen, wem auch ſchon der Creditor ein Judicatum vor ſich hätte, und die Schuld auf der Execution ſtünde. Lynck. *Diſc. Forenſ.* Reſol. 250. p. 174. Inſtrumenta tamen guarentigiata in materia induciarum haud æquivalent virtuti rerum judicatarum, nec impediunt, dilationem legalem concedi debitoribus. *Vid.* Freundeberg. *de Reſcript. morator.* Concl. 46. n. 6. & 7. p. 240.

§. 46.

Contra *rem judicatam* locum non dari moratorio, niſi *hujus* expreſſa in Reſcripto *mentio* facta, contendit Leyserus *ad ff.* Spec. 12. med. 3. Vol. I. p. 125. & Freundeberg. *de Reſcript. morat.* Concl. 28. p. m. 173. quum jus *quæſitum* princeps creditoribus aufferre voluiſſe non præſumatur, nec cenſeatur. J. H. Boehmer. diſp. *cit.* cap. 3. §. XI. Nicol. de Passeribus *de ſcriptura privata* p. 543. n. 30. ſqq. Stryck. diſp. *cit.* c. 2. §. 8. Interim, licet jus quæſitum *e re judicata* moratorio haud aufferatur, ſed tantum *differatur* æque ac aliorum jus ex obligatione, quam debitor ſtatim confeſſus eſt. *Conf.* Eman. Chr. Bünsow. diſp. *de valore reſcript. moratorii contra rem judicatam* §. 26. *hab. Traj. ad Rhen.* 1747. Jure tamen Brandenburgico, ſecundum Regis Boruſſiæ & Elect. Brandenb. *Ordinationem emendatæ cauſarum juſtitiæ d. 12. Jun. 1713.* §. 17. contra rem *juditatam* moratorium indultum non valet. Sancit enim: oder die Schuld *bis zur Execution ausgeklaget iſt*, werden ſolche ebenfalls nicht ertheilet. *Brandenb. Ord. hypoth. & Concurſus d. 4. Febr. 1722.* §. 77. *Vid. Corp. Conſt. Marchicarum* P. II. Sect. 2. n. 39. p. 136. Ordinatio *renovata Proceſſualis Ducatus* Silesiæ inferioris *d. ao.* 1742. Tit. 55. §. 3. p. m. 177. ſpeciatim quoque ſancitum ivit, ut *executio* neque interventu litterarum *moratoriarum*, neque *Mandatorum*, neque *Inhibitionum*, neque *Reſcriptorum* ſufflaminari debeat. Ubi verba ita ordinata legimus: Es ſoll auch *ſolche Execution* weder durch litteras *moratorias*, noch

durch *Mandata*, noch durch *Inhibitiones*, noch durch einige *Reſcripta* aufgehalten werden, *welcher Richter ſolche* Mandata &c. ertheilet, oder denſelben, wenn ſie ertheilet werden, nachlebet, und die Juſtitz remoriret, *der ſoll litem ſuam machen*, und von Unſern fiſcaliſchen Bedienten in Anſpruch genommen werden. Quodſi lex non ita, uti in provinciis *Brandenburgicis* & in *Sileſia* fuerit lata, nihil obſtare videtur, quo minus *moratorium contra rem judicatam* locum inveniat. Nam creditori jus re judicata acquiſitum minime auffertur, ſed *dumtaxat differtur* æque ac aliorum creditorum ex obligatione, quam debitor ſtatim affirmavit, acquiſitum.

§. 47.

Induciæ moratoriæ contra *actiones reales & hypothecarias* aliasque privilegiatas recte conceduntur. Jo. VOET. ad *tit. ff. de Ceſſione bonorum* §. 18. CARPZOV. P. II. Conſt. 22. def. 20. Quum enim jure Romano in induciis, quæ creditorum conſenſu dantur, majoris partis conſenſu etiam *hypothecarii creditores* obligentur, *L. ult. C. qui bon. ced. poſſ.* Principis autem poteſtas ejusdem auctoritatis habeatur, conſequitur, ut induciæ tales etiam ad *hypothecarias actiones* extendi poſſint. Nam induciarum finis attingi haud poſſet, ſi creditoribus *potioribus* excutiendi interim debitoris bona facultas daretur. Quo facto concurſus revera creditorum exiſteret. *Vid.* Perill. FRID. ES. de PUFFENDORF. *Obſ. Jur. Univerſ.* Obſ. 22. §. 6. p. 111. & VOET. *Comm. ad ff.* Lib. 42. tit. 3. §. 18. p. 669. qui vero adjicit: niſi aliud *hujus vel illius loci ſtatuto* inductum ſit in favorem *hypothecariorum* creditorum. Articulus IX. der *Hamburg. Banqueroutt. und Fallit en Ordn. d. ao. 1647.* autem conſtituit: Diejenigen, welchen ihre Schuld im Stadtbuch vergewiſſert iſt, oder auch die dafür ein bewegliches handhabendes Pfand mit gutem Titul erlanget haben, ſo weit das fürm Rath verhypothecirtes Erbe, und das inhabende Pfand reichet, ſollen zu ſolche Dilation nicht verbunden ſeyn.

§. 48.

§. 48.

Male & per abuſum exercere inducias nituntur debitores, qui prædia conduxerunt, & litteris moratoriis ſtipati ac freti penſionem pro fructibus, quos percipiunt, ſolvere nolunt. SAM. STRYCK. diſp. *de abuſu reſcript. morat.* cap. 3. §. 12. p. 285. RIVINUS *Specim. exceptionum* cap. 37. n. 8.

§. 49.

Poteſt Princeps reſcripto *moratorio* cavere, ut *contra fiſcum* quoque vim ſuam illud exercere debeat, quodſi tamen ſuper hoc voluntatem ſuam non expreſſe expoſuerit, *debitum fiſcale* in dubio *exceptum* eſſe intelligitur, utpote quod *ſpeciali* favore plurimisque privilegiis in jure munitum conſpicitur. *L. 45. §. 10. ff. de Jure fiſci. Nov. 17. c. 7. §. 1. L. 3. C. de prec. imper. offerend.* Qua ratione apud Hollandos etiam interdictum, ne publicanis aut ſociis eorum aut fidejuſſoribus concedantur reſcripta moratoria, quantum ad ſolutionem penſionum, ex vectigalium conductione fiſco pendendarum. VOET. *ad ff.* Lib. 42. tit. 3. §. 16. p. 669. Idem & dicendum de principis *patrimonialibus.* J. H. BERGER. diſp. *de iis, quæ circa moratoriam præſcriptionem falſo traduntur* §. 30. p. 33. FREUNDEBERG *de Reſcr. morator.* Concl. 31. n. 21. STRYCK. diſp. *cit.* c. 3. §. 4. & 5. p. 280. Jure etiam HAMBURGENSI vi *recogn. Ordin. der Banquer. und Falliten* art. 9. expreſſe conſtitutum eſt: und der *Fiſcus* in Fällen, worinn derſelbe für anderen Creditoren, nach Recht *befreyet*, zu ſolcher Dilation nicht verbunden ſeyn.

§. 50.

Quodſi *princeps* vel *magiſtratus* civitatis Imperii alicui ſubditorum indultum moratorium concedat, is ipſe *eo ſolutus* eſt, *niſi ultro* id obſervare velit. *L. 3. C. d. LL. L. 11. ff. eod.* nam contra ſe loqui vel facere non præſumitur, nec quiſpiam privilegium in ſui retorſionem concedere creditur. Neque tamen inficias eundem eſt, Principem

pem vel magiſtratum civitatis Imp. *ex ſpeciali* & ſingulari pauperum debitorum *gratia* nonnunquam *ſuum* & *fiſci* jus ſuſpendere poſſe & pinguiorem debitoris fortunam expectare. *L. 45. §. 10. ff. de Jur. fiſci* quippe quod illi ſummæ ducitur laudi, ſi aliis exemplo ſit, & a ſe ipſo curſum exactionum remorando incipiat, quod ab aliis expectat.

§. 51.

Debita *eccleſiarum aliarumque piarum cauſarum* moratoriis non obnoxia eſſe, hæcque ad eccleſiarum & piarum cauſarum actiones non extendenda eſſe aſſerunt permulti JCti. *Vid.* FREUNDEBERG. *de Reſcript. morator.* Concl. 32. p. 196. niſi expreſſe ad eccleſias & pias cauſas fuerint protenſa. *Vid.* LUDEWIG. *Conſ. JCtor. Hallenſ.* Conſ. 203. p. 524. Sed quum *pia corpora* & loca nihil magis deceat, quam commiſeratione eorum, qui a fortuna afflicti & ad inopias redacti ſunt, duci ac affici, etiam reſcripto paupertatis cauſa impetrato locum facere debere videntur. LIMNÆI *J. Publ.* L. 4. cap. 8. n. 33. *Conf.* JO. GODOF. BOLZ. *Actuar. P. 3. de Morator.* §. 11. p. 23. Neque eccleſias alio hic jure, quam ceteros creditores uti, oſtendi poteſt. BERGER. diſp. *cit.* §. 31.

§. 52.

Contra *pupillos*, *minores* (*) *viduas* aliasque *miſerabiles* perſonas etiam vis litterarum moratoriarum valet, quia leges circa perſonas illas miſerabiles *jus ſingulare* intuitu *moratorii* haud conſtituerunt, niſi ejusmodi perſonæ in moratorio Reſcripto vel Statuto ſint exemtæ. Quodſi vero huic *clauſula* ſequens ſit addita: ſelbiges aber gegen die *Kirchen, pias cauſas, Pupillen* und andere *miſerabiles Perſonen* nicht zu gebrauchen; tunc contra has perſonas vim ſuam non exſerit, prout Reſcripta moratoria hinc inde proſtantia nos condocent. *Vid.* PFEFFING. *ad Vitriar.* P. III. 3. §. 29. a. p. 138. & §. 32. c. d. e. p. 142. Interim tamen *Jure Culmbacenſi*, etſi talis exemtio Reſcripto moratorio *haud inſerta* appareat, nihilominus *tales perſonas* tacite exemtas eſſe

eſſe exiſtimaverim. Nam in *Conſtitutione adverſus Bancoruptores d. 8. May 1743.* §. 3. dicitur: oder unter denen defraudirten Creditoribus auch *pia corpora*, *Pupillen*, *Wittwen und Wayſen oder ſolche Perſonen* befindlich wären, deren *gantze zeitliche Subſtanz und Haabſeligkeit* in dem geliehenen und verlohren gegangenen Capital beſtanden, *gleich einem Dieb*, wofür ihn (den Decoctorem) die zu *Augſpurg ao. 1548. errichtete Reformation guter Policey* Tit. XXII. und die zu *Fraukfurth ao. 1577.* verfaſste *Kayſerl. und des Reichs Policey-Ordnung* Tit. XXIII. ohnehin declariret, mit der Lebensſtrafe beleget werden. *Vid. Brandenb. Culmbachiſche Landes-Conſtitutionen* p. 40.

(*) Aſt *jure Hamburgenſi* vi *der Banquerot- und Falliten-Ordnung d.* 1647. art. 9. aliud ſtatutum eſt: Gleichergeſtalt minderjährige unmündige Perſonen, wegen deſſen ſo der Fallirte, *in Verwaltung derſelben Vormundſchaft*, aus ihren Gütern zu ſich genommen, und ihnen *ſchuldig iſt*, ſollen ebenmäſſig ſolche *Dilation zu verſtatten nicht gehalten ſeyn*, es wäre dann, daſs ſolche--wenn ſie *aus ihren unmündigen Jahren* und der Vormundſchaft kommen, und nach gehaltener Schluſs-Rechnung ihme das gutwillig gelaſſen, oder von neuen creditiret hätten.

§. 53.

Etſi dos, ſive ea ſolvenda ſive repetenda ſit, inſigni favore in jure utitur; iſte tamen non ulterius, quam leges diſponunt, extendi debet, &, quum itaque *ſingulare* quid *circa dotis cauſam*, quoad præſcriptionem *moratoriam* conſtitum *haud reperiatur*, ergo & dos induciis obnoxia manebit. Bergeri diſp. *de his, quæ circa præſcriptionem moratoriam falſo traduntur* §. 32. Diſſentiunt Freundeberg *de Reſcript. morator.* Concl. 41. p. 220. ſqq. Stryck. diſp. *de abuſ. reſcript. morat.* c. 3. §. 7. Bolz. in *Actuario* P. 3. §. 12. n. 14. p. 24. Lauterb. diſp. de *Benef. Reſcr. moratorii* cap. V. §. 26.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. 54.

Sors ad ſtipendia ſtudioſorum & alimenta pauperum ſtudioſorum deſtinata etiam *ad cauſas pias* referuntur, atque adeo ſub induciis moratoriis aliisque ſtatutis, per quæ debitoribus proſpicitur, non comprehenduntur. *Vid.* HERM. HENR. ENGELBRECHT *Selectas Conſult. JCtor. Grypswaldenſ.* Reſp. 87. n. 53. ſqq. p. 391. BOLZ. *Actuar.* P. 3. cap. 12. n. 15. p. 24. STRYCK. diſp. *de abuſu reſcript. morator.* cap. 3. §. 8. & 9. p. 282. RIVIN. *Spec. Except. For.* cap. 37. n. 5. In Provinciis *Regis Boruſſiæ & Electoris Brandenburgici* expreſſe ſancitum eſt: Gegen *Aliment-Gelder* kan ſich ein Schuldner, dem ein Moratorium ertheilet worden, deſſen nicht bedienen; ſondern er iſt ſie dem ohngeachtet, wenn ſie gefordert werden, ſo gleich zu bezahlen ſchuldig. COD. FRIDERICIANUS IV. 9. Sect. 3. §. 187. n. 5. Ex adverſo BERGERUS diſp. *cit.* §. 35. p. 39. aſſerit: *Si Reſcriptum* moratorium *generaliter conceptum ſit, nec alimentorum mentio facta, non intelligo, cur hic jus ſingulare admittendum veniat.* Verum enim vero quum venter eſuriens moram non patiatur, omnes dilationes omnino præſcindendæ ſunt. Studioſi pauperes ſine ſtipendiorum aſſignatorum ſubſidio in academiis ſubſiſtere nequeunt, tempus *academicum* dilationes non permittit, & quod *moram* minus patitur *ſub moratorio* obærati debitoris comprehendi nequit. Et *ipſe magiſtratus*, qui de iis, quæ debitorem moratorias inducias ſollicitantem circumſtant, ad principem refert, *etiam pecuniæ ſtipendiariæ mentionem injicere debuiſſet expreſſam*, ut in litteris moratoriis diſerte eamdem exemiſſent. Quin imo ſi nec *renunciari alimentis*, nec de illis ultima voluntate relictis *ſine auctoritate Prætoris tranſigere liceat*, uti ipſi beatus BERGERUS §. *cit.* contendit; non video, quare *contra alimenta* aut *ſtipendia* moratorium opponi poſſit. Inprimis, quia is, qui *alimenta negat*, ad quæ obligatus eſt, necare videtur. *L. necare 4. ff. de agnoſ. & alend. liberis*, deinde eorum favore etiam tempus judicati, condemnatis indultum, coarctari ſolet. *L. 2. in fine ff. de re judicata*, nec adpellatio ſuſpendit executionem ſententiæ, *continentis ad alimenta* condemnationem. *L. ult. ff. de appell. recip. vel non.* SURDUS Deciſ. 323.

§. 55.

§. 55.

Exceptio moratorii non valet contra repetitionem *depoſiti commodati*, *precarii* vel *pignoris*, ſoluto quoad hoc debito. Domini enim res ſuas vindicantes *inter creditores referri* nequeunt, ſed res *ſuas* repetunt, etiam concurſu imminente ac exiſtente, tanquam res ad concurſum nullatenus ſpectantes. Item ſi vindicetur *merx de recenti* a debitore doloſe emta. Si agatur de pretio rerum *commeſtibilium* in pleno, quod ajunt, foro venditarum. *Vid.* Quint. Septim. Flor. Rivini *Spec. exceptionum Forenſ.* cap. 37. n. 8. Jure Hamburgico vi ordinationis *wider die Banquerouttirer und Falliten de* ao. *1647.* art. 9. hæc proviſio pro ipſis contra moratorium quoque publicata eſt: Auch ſollen alle andere Creditoren, welche nach Unſern Stadtrechten vermöge des 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. und 11. Artic. part. 2. tit. 5. denen Hypothecarien fürgezogen werden, zu ſolcher Dilation nicht verbunden ſeyn.

§. 56.

Exceptionem moratorii non valere *contra renunciationem ejusd.* plurimi exiſtimant, quia quilibet juri pro ſe introducto renunciare poſſet, atque *ad renunciata* non daretur regreſſus, prout jura ſubinde conſtituerunt. *L. 14. §. 9. ff. de Aedilit. Edict. L. 4. C. de Pactis. L. 1. C. de rebus credit. Vid.* de Passeribus *de Scriptura privata L. 3. de litteris inducialibus* n. 45. p.m. 545. Stryck. diſp. *de abuſu reſcript. morator.* cap. 2. §. 9. Pfeffing. Tom. III. tit. 2. §. 32. p. 141. Ideo enim creditor ſibi per renunciationem proſpicere voluit, ne forte debitum tandem aliquando *moratorio* ſubjiceretur. Leyser. *ad ff.* Spec. 12. med. 1. Vol. I. p. 123. Ita enim expreſſe cautum in *der Königl. Preuſſiſchen und Brandenburgiſchen Ordn. der Verbeſſerung des Juſtitzweſens d. 21. Jun. 1713.* §. 17. p. 25. & *Ordin. Hypothec. & concurſ. d. ao. 1722.* §. 41. his verbis: So kan auch denen Indultis moratoriis, Anſtands- und Reſpit-Briefen *wol renunciret*, und wann ſich deſſen die Contrahenten vereiniget, die Renunciation in den Schuldbrief geſetzet werden, welches den Effect haben ſoll, daſs wenn der

Schuldner nochmals ſchon auf Maaſse, wie von Uns geordnet, einen Indult verlanget, nichts deſtoweniger wider denſelben auf Anhalten des Creditoris, *gegen den er ſich der Indults-Wohlthat begeben*, oder *deſſen Ceſſionarii* procediret werden. *Vid. Corp. Conſt. Marchicar.* P. II. Sect. 2. n. 39. p. 127. Ita in provinciis *Brandenburgicis* ſtabilitum eſt & ſtabit. Alibi quidem objicitur: quia debitor tempore renunciationis præſagire non potuit infortunia, & hoc beneficium moratorii non modo in debitoris favorem, ſed etiam ſimul propter ſalutem publicam, in cujus detrimentum renunciatio inanis videtur, indulgetur; alii etiam diſſentiunt, ac inprimis Perill. de PUFENDORF *Tom. II. Obſerv. Jur. univerſi* Obſ. 23. p. 111. ſq. ſi *plures* agunt creditores, in quorum præjudicium vergit *renunciatio. Nam induciæ moratoriæ ideo dantur, ut non debitori tantum, ſed &* creditoribus univerſis *proſint & hac ratione* omnibus *ſatisfiat.* Addens hoc: *multominus adminiſtratores civitatis in debitis civitatis renunciare huic exceptioni poſſunt.* Quo caſu autem in terris *Brandenburgicis* talis renunciatio moratorii creditorem nihil juvat, indicatur §. 41. citato.

§. 57.

Quamvis debitum *jurejurando* debitoris munitum ſit, nihilominus tamen adverſus id *præſcriptione moratoria* ſeſe tueri poteſt debitor. Omne enim jusjurandum intelligi debet ſub clauſula: *Rebus ſic ſtantibus*, vel *ſi rerum ſtatus idem manſerit*, niſi ſcilicet præter expectationem *caſu fortuito & citra debitoris culpam* media ſolutionis perierint, eoque princeps ad inducias indulgendas fuerit permotus. Cujusmodi caſu eveniente, illæſa conſcientia debitor beneficio a principe dato uti poteſt. *Vid.* SAM. STRYCK. diſp. de *abuſu reſcript. morator.* cap. 3. §. 16. p. 287. J. H. BERGER. diſp. *de his, quæ circa præſcriptionem moratoriam falſo traduntur* §. 28. & BOEHMERI diſp. *de litteris reſpirativis* cap. 3. §. 14. Privilegium itaque *Moratorii* objicere omnino poteſt debitor *credito jurato*, eique non minus qui omni privilegio & vel futuro etiam moratorio renunciavit. LYNCK. *Diſcept. Forenſ.* Reſol. 250. p. 373. ſq.

§. 58.

§. 58.

Ut autem omnis diſceptatio *de exceptione renunciationis* ac *jurisjurandi* declinetur, debitor moratorium impetraturus ſollicitet ſimul, ut in Reſcripto exprimatur, quod *non obſtante renunciatione & jurejurando* litterarum moratoriarum tenor obſervari debeat.

§. 59.

(*) Sola *diversa* iura, quae indigenas et *peregrinos aequali iure* tractant, non praebent ius retorquendi.

(**) In Eiusd. Regis provinciis ius retors. ad normam *exterorum* dirigitur.

(***) De iure retorsionis intuitu *detractus* inter Borussicos ac Saxones.

§. 17. *Vratislavienses* eadem ratione exercent ius retorsionis.

§. 18. In *Bohemia* et *Austria* extranei cum conterraneis aequali iure fruuntur, modo *exteri doceant*, Bohemos et Austriacos cum suis indigenis aequaliter locari in concursu.

§. 19. Idem obtinet apud *Viennenses*.

§. 20. *Saxones* et *Sleusingenses contra eos peregrinos* ius retorsionis *saltem exercent*, qui *inaequale* ius erga Saxones et Sleusingenses exercuere.

§. 21. Idem et obtinet in terris *Brunsuicensibus*, et ibi nobiles detractui non sunt obnoxii, nisi in casu retorsionis.

§. 22. In *Palatinatu* et *Ducatu Iuliacensi et Bergensi* idem stabilitum.

§. 23. In Ducatu *Würtembergico* iure retorsionis etiam magistratus gaudent, modo *inaequale* ius Würtembergensibus apud exteros imminent.

§. 24. In Dynastia *Ieverana* retorsioni locus datur, si extranei inaequale ius erga Ieveranos exercuerint.

§. 25. *Lubecenses* eodem modo retorsionis iure untuntur.

§. 26. Idem obtinet *Bremae*, nisi doceatur cum Bremensibus apud peregrinos *inaequaliter* agi.

§. 27. Neque Ius *Francofurtanum* ad Moenum retorquere solet, nisi *inaequale* ius cives eius *experti sint* apud exteros.

§. 28. *Augustae Vindelicorum* etiam cessat retorsio, modo documento magistratus exteri loci doceatur, *aequale* ius erga Augustanos fuisse exercitum.

§. 29.

§. 29. *Norimbergae* ius aequale erga peregrinos, modo etiam ab his similiter exerceatur obtinet.

§. 30. *Dantiſcana* iura ius retorſionis non exercent adverſus extraneos, qui documento magiſtratus ſui docent, ſe eo non vſuros.

§. 31. *Elbingenſes* contra actum peregrinorum *iam exercitum* retorquent.

§. 32. Quid in Electoratu *Hannoverano* eiusque terris his caſibus in vſu?

§. 33. In Comitatu *Schauenburgico* ius retorſionis tunc demum ſuſcipitur, ſi id ab altero loco iam ſit vſurpatum.

§. 34. Ius *Hohenloicum* aequale ius exteris indulget, niſi hi Hohenloicis id *denegant*.

§. 35. Idem obtinet apud *Sangallenſes*.

§. 36. Item apud *Lugdunenſes*.

§. 37. Et *Mindenſes*.

§. 38. Aſt *Culmbacenſes* erga *exteros* aequalitatem non obſervant, ſed eos *poſtponere ſolent in concurſu*.

§. 39. *Bolſanenſes* extraneos quoque plerosque poſt ponunt in concurſu. * idem argumentum deducitur.

§. 40. *Biberaci* indigenae praeferuntur extraneis.

§. 41. Cives *Herbipolenſes* exteris etiam ſe anteferunt.

§. 42. *Cellenſes* cives etiam in Concurſu aliquam praeferentiam exercent prae extraneis, absque metu retorſionis.

§. 43. Retorſio etiam contra *eiusdem provinciae* ſubditos exerceri poteſt.

§. 44. Cur *reverſales* a magiſtratibus exterorum per indigenarum magiſtratum exigantur, indicatur.

§. 45. Ius quod *ſingulare* alicuius loci, niſi ſpeciatim adverſus peregrinos directum, non fundat ius retorſionis.

§. 46. *Reverſales* magiſtratus loci alicuius bene ſunt attendendae.

§. 47. Si vna pars *a reverſalibus recedit*, alteri quoque recedere licet.

§. 48. Executione cambiali *carceris* ab aliquo magiſtratu denegata, eadem iſtius civibus denegare licet.

§. 49. De retorſione intuitu *librorum mercatorum Brandenburgicorum* ad *ſemiplenam* probationem non admiſſorum.

§. 50. Apud *Mecklenburgicos* heredes *fideiuſſoris* ipſo iure non tenentur, niſi ipſi *in fideiuſſionem* conſenſerint.

§. 51. Si ab altera civitate retorſionem non eſſe metuendam conſtat, reverſales non ſunt exigendae.

§. 52. Locis, iure cambiali deſtitutis exceptio retorſionis opponi poteſt.

§. 53 Maxime *reverſales* ratione retorſionis ſunt attendendae, ubi ius cambiale non valet.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. 54. Qua clauſula *reverſales* muniri ſoleant.
§. 55. Reſcriptis *mratoriis* ius retorſionis opponi nequit.
§. 56. Debitori *moratorium* habenti a creditore obiici nequit retorſio.
§. 57. Ne a debitore tali quidem creditori *etiam moratoriis* litteris inſtructo.
§. 58. Iuris retorſioni non obſtet poteſt *praeſcriptio*.
§. 59. Retorſioni alicubi non ſecus locus datur quam I) ſi *inaequale ius* erga nos ſit *actu* exercitum; II) ſi lex alicubi lata, qua ius *inaequale* nobis imminet, caſu exiſtente; III) ſi *reverſales* de aequali jure erga nos exercendo, nobis denegant *exteri*, inaequali iure apud hos extante.
§. 60. DN. meo contradictori ELSAESSERO reſpondetur.
§. 61. Num, quum *duplex* Ius cambiorum in Germania occurrat, rigoroſo *lenius* vel leniori *rigoroſum* obiici et retorqueri poſſit, indicatur.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

EXERCITATIO IUR. CAMB. XIV.

DE

IURE RETORSIONIS ETIAM INTUITU CAUSARUM CAMBIALIUM. *VON DEM WIEDERVERGELTUNGS RECHT IN WECHSEL-SACHEN.*

§. I.

RETORSIONEM IURIS aequitati naturali ac juris communis principiis, quin imo plurimarum provinciarum et emporiorum Ordinationibus cambialibus vel maxime consentaneam esse, inter eruditos constat; atque adeo *eidem* etiam toties, quoties peregrini aliquo in loco vel in concursu, causa cambiali vel quocunque alia civili, hoc aut illo modo postponuntur, vel executio cambia-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bialis peregrinis ab indigenis denegatur, *exercenda* locus *reciproce* datur. Subinde enim tam iniqui sunt magistratus, vt, *peregrinos* ad successionem in territorio suo defunctorum non admittant, adversus autem istos aequissime retorqueri solet ius tale *vsurpatum*, quo scilicet actionum ac iurium proportio ac aequalitas inter vtrasque civitates ac oppida observetur. Qua ratione si peregrinae cognatae ab aliqua re hereditatis v. gr. *Gerada*, excludantur, eaedem alibi ab eadem iure retorsionis etiam excludi queunt. Fundamentum aliquod exclusionis prostat. *L. II. tit. 2. ff. quod quisque iur, in alium stat.* et in axiomate iuris naturalis: *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. et v. v.* LYNCKER *Cent. XIV. Dec. 1311. p. m. 302.*

§. 2.

Licet v. c. ius *cambiale* pro ratione provinciarum ac emporiorum *nonnunquam diversum* compareat; exteri tamen *hanc diversitatem* non ita accipere et interpretari debent, ac si in eorum odium *tale quid diversum* sit ordinatum, nisi *adversus peregrinos odium* et *erga incolas favor inde* manifesto eluceat. Quo autem praelucente, *retorsioni* adversus istorum cives omnino locus datur. Proinde quamvis iuris cambialis rigor in territoriis Electoratus *Hannoverani*, in Episcopatu *Osnabrugensi*, *Hildesheimensi*, *etc.* non sit introductus; ibi tamen *aeque peregrini ac incolae* iure aequali fruuntur. Ergo omne odium erga peregrinos exulat, hisce idem ius non minus quam subditis propriis indulgetur. Si itaque *Hannoveranus* actionem cambialem adversus Lipsiensem mercatorem *Lipsiae* instituat,

tuat, Hannoverano, processus cambialis ex hoc capite, quia in patria sua ius cambiale non introductum, denegari nequit, modo in Hannoveranis terris etiam *Lipsiensibus* ac *peregrinis* in causa cambiali processu executivo *quam promtissime* succuratur.

§. 3.

Retorsio iuris est *iuris alicuius denegatio*, quae alicuius provinciae vel loci incolis apud nos *ideo fit*, quia idem ius ibidem nostris incolis, quod tamen suis indigenis indulgent, vel plane non conceditur, vel casu eveniente, non concessum iri indicatur. Beatus ESTOR *in der teutschen Rechtsgelahrheit P.* 3. §. 117. *p.* 138. ius Retorsionis ita germanice delineat: Das *Wiedervergeltungs-Recht* bestehet in einer vom Oberherrn verordneten Nachahmung desienigen wider das gleichdurchgehende Recht lauffenden Handels, auch Rechtes, welches eine andere Obrigkeit in ihren Gebithen, und Orten wider die *auswärtigen, und fremden Unterthanen* eingeführet hat, um sothane Ungleichheit zu heben, und gleiches Recht wider derselben Unterthanen auszuüben. *Conf. Delin. m. de Statutis. Lib.* 2. *c.* 19. §. 1. *p.* 608. In cambiis itaque etiam exerceri potest ius retorsionis. BERGER *disp. de Except. non numeratae pecuniae p.* 165. *n.* 3. *Consil. Hallens. ICtor. Vol.* 1. *Cons.* 329. *n.* 5. *p.* 1013.

§. 4.

Quum *iudicibus* non sit permissum secundum alia iura, quam quae in *sua civitate* vel *in provincia* sunt introducta

ducta, iudicare ac decidere ſine Imperantis ſ. legislatoris conſenſione, *iuri* quoque *retorſionis* non erit locus (*) quae autem antecedenter adeſt, dum magiſtratui in certis caſibus generali regula vel lege indultum eſt, e. gr. in Ducatu *Magdeburgico* hoc principium eſt ſtabilitum, vbi leges *diverſum quid* erga exteros ordinarunt, adverſus iſtorum ſubditos etiam ius retorſionis exerceri poteſt. *Vid. Magdeb. Polic. Ordn. Cap.* 55. vbi et nonnulli ſpeciales caſus indicantur.

(*) *I. Sax. Elect. P. 3. Conſt. 38.* autem ita diſponit: Daſs nicht privat Perſonen, ſondern die *Obrigkeit* ſolches Ius retorſionis zu exerciren und vorzuwenden haben ſoll. Ergo magiſtratui iſtud ibi competere videtur. BERLICH *P. 3. C. 51. m. 3.* et MEVIUS id magiſtratui *cuicunque* Actionem adminiſtranti adſcribere videtur. *P. 2. Dec. 59. n. 4.* qui hoc nomine implorandus. CARPZ. *P. 3. C. 38. def.* 10. n. 7.

§. 5.

Quodſi autem conſtet, principem alicui prae aliis ius *ſingulare* concedere voluiſſe, tunc ceſſat retorſio *contra exceptum. Vid.* BOEHMERI *Conſ. et Deciſ. Tom. II. P. I. reſp.* 46. *n.* 15. LAUTERB. *coll. ff. Lib. II. tit.* 2. §. 8. *p. m.* 185. *Deciſ. El. Saxon.* 30. ES. PUFENDORF *Introd. in proceſſum civilem. Cap. VIII.* §. 16. *p. m.* 768.

§. 6.

Retorſio adverſus exteros exercetur, exteri autem in aliquo territorio *delinquentes pro exteris* non habentur, atque adeo retorſio contra delinquentes non obtinet. *Vid. Magdeb. Polic. Ordn. Cap.* 55. §. 11. *p.* 603. Delinquentes enim

enim ſecundum ſtatuta loci *delicti*, quibus *delinquendo ſe ſubmiſiſſe* cenſentur, ergo etiam extranei ſecundum ea puniuntur et multantur. KLEIN *ad Synopſ. Iur. privati* SCHOEPFERI *p.* 38. *n.* 4.

§. 7.

Num autem *magiſtratui cuicunque* Ictionem administranti huius iuris exercitium adtribui poſſit; diſtinguit SAM. STRYK *in Uſu modern. ff. Lib. II. tit.* 2. §. 5. hac ratione: Aut ius retorſionis exercetur contra ius *novum iniquum*, a iure communi devium, et tunc vnusquisque magiſtratus, coram quo cauſa ventilatur, *ex iure retorſionis* ſententiam ferre poteſt; aut ſi quis retorquere cupit ex moribus *contra ius commune*, et hoc quum *irregulare* et in iure civili non fundatum, *Principis conſenſu* opus eſt, an *ob inaequalitatem iuris* et *ſtatuti* retorſione utendum ſit, wenn es in den gemeinen Rechten nicht zuläſslich iſt. KLEIN *ad Schoef. Syn. d. Priv. p. p.* 39. *n.* 10. idem repetit.

§. 8.

Ius retorſionis *ex regula* non admittendum eſt, quando exteri loco eodem, quo cives ac indigenae, etiam aeſtimantur ac aequales habentur. Nam quum exteris eodem cum indigenis iure vti liceat, illi iniuriam patiuntur nullam. VOETIUS *ad ff. Lib.* 2. *tit.* 2 §. 5. STRYCK *diſſ. de retorſionis iure cap.* 1. *n.* 18. *ſq.* Si enim ius *in univerſum* in omnes, ſive *ſubditos* ſive *extraneos* directum, extranei ſane nullam *indignationis* cauſam habebunt, quibus eodem cum indigenis ac civibus iure vti indulgetur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Si enim *non in odium* aut *invidiam peregrinorum* ius quoddam durius aut diversum constitutum est, *sed generaliter in omnes*, sive subditos sive exteros; extranei non possunt eam legislationem aegre ferre, quia ius etiam subire obstringuntur indigenae ac subditi v. c. si indigenae et peregrini creditores cambiales in concursu in *ultimam* classem locentur. Ius enim retorsionis eum habet finem, vt *aequalitas* sit inter aequales et iura diversarum rerumpublicarum vel civatatum aequalia. SCHILTER. *Exerc. 6. th.* 8. STRUV. *de vindict. privata. aph.* 14. *sq.*

§. 9.

Ius retorsionis exercetur *a civitate*, cuius ius aequius est ac benignius, contra aliarum civitatum leges et consuetudines ius inaequale *erga peregrinos* exercentes; ergo hoc retorquendi ius non competit *privatis* tanquam *privatis*. STRUV. *l. c.* §. 5. MEV. *P. II. Dec.* 59. n. 4. Ubi per legem ius hocce non introductum, illud ipso iure non obtinet, et *extraneus actor* cum indigenis *pari* gaudere debet *iure*.

§. 10.

Dantur provinciarum leges et civitatum statuta, vbi *ius retorsionis* a nostrae civitatis vel provinciae subditis legitime exercendum non secus admittitur, *quam si* ab altera provincia vel civitate *adversus nos iam actu exercitium* sit. Si enim ius *inaequale* vel *diversum* adversus nostros incolas nondum sit *actu exercitum*, retorqueri nequit; post denegationem iuris aequalis demum ius retorquendi ibi intrat, actus enim *nondum exercitus retorqueri non potest.*

Vid.

Vid. CARPZ *P.* 3. *C.* 38. *def.* 8. *n.* 5. *et* 7. ACHENWALL *Ius natur. P. II.* §. 251. *p. m.* 162. et Generoſs. *de* SELCHOW *Elem. I. Germ.* §. 220. *ſq.* PET. MÜLLER diſp. *d. Reverſalibus litteris.* Eſt enim retorſio *inſtar defenſionis*, quae nunquam habet locum, niſi *offenſio* praeceſſerit, non autem praeſumitur, eamdem eſſe exercitam. Conſuetudo eſt ſtricti iuris, atque adeo in individeo probanda. ZAHN. *Tr. de iure et iurisdict. municipali Cap.* 87. *n.* 1. *p. m.* 244.

§. 11.

Quibus praeſtructis, b. *L. B. de* WERNHER *Vol. II. P. III. Obſ.* 32. *p.* 76. poſitioni ita formatae: *Qui iure retorſionis propter ius ſingulare contra civitatem vti cupit, nequaquam onerandus eſt probatione, qua illa hoc iure contra ipſius cives vſu ſit*, ad ſtipulari nequeo. Quae inde originem traxiſſe videtur. Dantur nempe provinciae et civitates, vbi ius retorſionis ab eius civitate legitime exercendum, *actum* ab altera civitate adverſus ſuos cives *iam exercitum* exigit; dantur autem quoque civitates et *doctores Iuris* aſſerentes, ad retorſionem iuris exercendam iam ſufficiens eſſe, modo in alia civitate *legem extare* conſtet, quae peregrinis *moleſta* et *nociva eſſe* poſſit, licet talem *actum praeiudicialem* nondum exercuerit. *Iure* autem *Saxonico Electorali* deciſum eſt, retorſionem non indifferenter locum habere, ſed illi civitati, muncipio vel loco opponi, vbi contra Saxonicum ſubditum *iam inaequalitas* in praeſenti caſu ſit exercita. CARPZ *P.* 3. *Conſt.* 38. *n.* 8. WERNHERUS autem vixit adhuc ac ſcripſit in Saxonia; Ergo iura *Saxonica* prae oculis habere debuiſſet.

§. 12.

Quodsi lex *inaequalis* ac *durior* adversus *exteros* alicubi publicata; ea tamen nondum sit exercita, tum peregrinorum magistratus ab altero petere potest cautionem atque litteras reversales, quibus promittat, se iure hoc novo *contra incolas extraneos non vsurum*. Vid. *Ord. C. Dantisc. art.* 35. *Breusslau.* §. 35. *Francofurt.* §. 18. STRUV. *de Vind. privat. Cap. II. aph.* 5. *n.* 17. STRYCK *disp. Hallens. disp. X. de via facti principum Imp. permiss. c.* 1. §. 18. *p.* 354. Melius ac humanius agitur inter civitates, si de *futuro* exercitio iuris diversi adversus peregrinos inter se amice conveniant et altera alteram *pari iure* gaudere patiatur.

§. 13.

Quum exercitium iuris inaequalis ac durioris contra peregrinos *non praesumatur*, in specie probari debet ab eo, qui iure retorsionis contra alium locum vti fruique velit. idque ex libris publicis, protocollo civitatis aliisque documentis fidei publicae, v. c. decretis ac sententiis latis. CARPZ. *P.* 3. *Const.* 38. *dec.* 9. Salva tamen reprobatione iuris *aequi* peregrinis v. c. in foro concursus tributi. *Conf. Ord. Camb. Dantiscan. art.* 38. Hoc ius retorsionis non a civibus, vel quod incolae s. personae *privatae* antea exercuerunt inaequalitatem, sed a magistratu et actoritate publica factitatum esse oportet. CARPZ. *l. c. def.* 10. *et Lib. V. tit.* 4. *Resp. Iur.* 37. *n.* 19.

§. 14.

Adeoque si casus eiusmodi contingat, quo de iure re-

retorsionis disputatur ac disceptatur, res *ad magistratum* deferenda, qui arbitretur, an hoc retorsionis sive talionis ius exercendum sit contra gravantem civitatem, nec ne?

§. 15.

Quodsi semel autem magistratus contra aliquam civitatem iure retorsionis vsus fuerit, tunc inposterum semper idem ius contra illam civitatem eiusque cives exercendum est, excluso vlteriori magistratus arbitrio. BERLICH *P.* 7. *Concl.* 51. *n.* 31.

§. 16.

Prostant leges provinciales, quae iuri retorsionis tum demum concedunt locum, si ab alicuius loci vel provinciae indigenis ius iniquum ac inaequale adversus exteros *iam fuerit exercitum*. Quae cum ita sint, *Dn.* SCHALL *in denen Zusätzen zu des Herrn* VANGEROW *Entwurf* des Preussischen Wechsel-Rechts ad §. 51. p. 21. recte contendit: Des Retorsions-Recht setzet allemal *ein erlittenes Unrecht zum Voraus*, ohnedem ist die Retorsion niemals rechtmässig. *Die blosse Verschiedenheit der Gesetze* zweener Staaten giebt also kein Unrecht; sondern nur in so fern ein Staat die Unterthanen *eines andern Staats* in Fällen, wo sie gleiches Recht haben solten, *seinen eigenen nachsetzet*, in so fern hat alsdann, so wie überhaupt, so auch in Wechsel-Sachen, das Retorsions-Recht statt. Iure itaque *cambiali Brandenburgico* d. 25. *Sept.* 1724. extraneis *aequale* ius in concursu creditorum et in aliis casibus cum indigenis indulgetur, nisi cum his apud exteros durius

rius agatur, hique illis poſtponantur. *Articulus* laudati iuris LVI. ita conſtituit: Denen *Fremden* ſoll bey denen Concurſibus gleiches Recht, wie den *Einheimiſchen* adminiſtriret werden, es wäre denn, daſs Unſern Unterthanen an fremden Orten *härter* als in unſern Landen tractiret und angeſehen werden. *Vid.* SIEGEL. *Corp. I. Camb p.* 133. Cum hac ordinatione, etiam quoad verba, plene concordat *ius cambiale vniverſale Regis Boruſſiae* FRIDERICI *II. d. ao.* 1751. *art.* 29. in UHLII *Corp. I. Camb.* SIEGELIANI *p.* 7. Conf. FRIDERICI WILHELMI Reg. Boruſs. *Reſcript. de* 8. *Maj.* 1730. in Dn. VANGEROW *Entw. des Wechſ. Rechts der Preuſſiſchen Staaten p.* 157. Deinde evolvas Reſcriptum, *daſs ob diverſitatem ſtatutorum derer ſämtlichen Preuſſiſchen Provintzen kein ius retorſionis ſtatt finde.* d. dat. 17. Aug. 1761. *Nov. Corp. Conſt. Marchic. Vol. III. p.* 59. et *Ausführlicher Anhang zum Cod. Frideric. p.* 248. In eo ſpeciatim deciditur, intuitu *materiae ſucceſſionis ab inteſtato*, ius *Retorſionis* inter ſubditos, diverſae quidem provinciae, ſed *ſub eodem domino territoriali* conſtitutos exulare. *Vid. Dn.* FRIDER. BEHMERI *Novum Ius controverſum*, vbi et citatum Reſcriptum d. 17. Aug. 1761. et d. 15. Ian. 1761. typis exſcriptum legi poteſt. *Obſ.* 83. *p.* 520. *ſqq.* Deinde praecellentiſſium eſt Reſcriptum FRIDERICI II. Auguſtiſſimi Regis Boruſſiae et Elect. Brandenburgici *de Retorſione iuris die* 15. *Ian.* 1756. ad Regimen CLIVENSE datum, vbi expreſſe deciſum legimus: Es iſt ohnedem eine ausgemachte Sache, daſs *der bloſſe Unterſcheid derer Iurium provincialium kein fundamentum iuris Retorſionis abgebe.* Denn dieſes iſt eine ſpecies defenſionis, die eine offenſam oder iniuriam vorausſetzet, folglich *nur in dem*

Fall

Fall ſtatt haben kan, *wann in andern Ländern Unſere Unterthanen härter*, als die Einheimiſche tractiret werden. (*) mithin in odium peregrinorum ein ius inaequale, adeoque iniquum ac inaequale ſtatuiret iſt. Bey dieſen und euren (der Cleviſchen Regierung) pro commercio angeführten Gründen, wird die angetragene Declaration überhaupt dahin ertheilet, daſs die allegirte Clauſul des Codicis (**) und des Wechſel-Rechts (***) nur auf den itzbenannten Fall zu adpliciren ſeyn. *Conf. Cod. Boruſſ. P. IV. Tit. IX. §. 29 in Nov. Corp. Conſt. Marchic. Vol. II. p. 21.* Add. tamen ad hanc diſpoſitionem Dn. SCHALLS *Zuſätze zu Vangerow Wechſel Recht ad §. 51.* Dn. UHLII *Contin. II. Corp. Iur. Camb.* SIEGELIANI p. 2.

(*) Diverſa provinciarum ac vrbium iura, quae indigenos cives et peregrinos *aequali* iure tractant, anſam retorquendi non praebent, ſed tum demum, ſi *peregrini durius*, quam indigenae habeantur ac illi inaequale et *durius* ius ſubire teneantur. V. gr. Civis *Anhaltino-Deſſavienſis*, vbi ius cambiale non obtinet, contra Magdeburgenſem ex cambio agere nititur, illi obſtat non vſus iuris cambialis, niſi per actus iudiciales demonſtret, nihilominus penes ſe contra cives cambialiter agi; licet iure cambiali proprio adhuc deſtituti eſſent, ſi peregrinus cambialiter contra ſuos cives procedi velit. *Conf. Franckfurth Wechſel-Reſp. 152. p. 236.* Optime et clementiſſime delineavit *Legislator Auguſtiſſimus Boruſſiae* ius retorſionis, quod ſit *exercitium iuris inaequalis, quod provincia vel civitas adverſus peregrinos exercet, contra indigenas retorquendo in caſu ſimili eveniente.* Si enim hi aequale ius habentibus peregrinis tanquam peregrinis denegant, peregrini iterum illis idem detrahunt *vi retorſionis* iuris. *Conf.* Io. GE. BAUERI *diſp. de vero fundamento, quo inter civitates nititur retorſio iuris.*

(**) *In Codice* FRIDERICIANO *P. III. 41. Sect. 1. §. 3*, de iure retorſionis quoque hunc in modum agitur: Wir dann auch Unſer *Cammer-Gerichte* auf Requiſition auswärtiger Richter, die verlangte execution, nach Inhalt der daſelbſt ergangenen Iudicatorum,

und zwar ohne Unterſuchung, ob wohl oder übel, anderwärts verfahren, wieder Unſere Unterthanen vollſtrecken zu laſſen haben: es wäre dann, daſs an dem Orte, an welchem die Requiſition geſchiehet, *ein anders obſerviret*, und, *vor Veranlaſſung der Execution, in der Sache recognoſciret würde*, welchen Falls Unſer Cammer-Gerichte, wieder ein ſolches Iudicatum *des Iuris Retorſionis ſich zugebrauchen*, unbenommen ſeyn ſoll. Ergo in provinciis Auguſtiſſimi Regis Boruſſiae *ſecundum extraneorum modum* ſaltem dirigitur ac exercetur *ius retorſionis*, atque adeo in plurimis caſibus ſumma nititur aequalitate et hummanitate. Add. *Dn.* SCHALL *l. c. p.* 22. (***).

(***) Ratione hereditatum vel bonorum ex terris Boruſſicis transferendorum exceptio intuitu retorſionis occurrit, atque adeo cauſae *cambiales* ab hereditariis et aliis bonis ſunt diſtinguendae. *Vid. Conſtit. Marchic. Cont. d. a. 1766. n. 46.* quae diverſitas etiam in Saxonia Electorali occaſionem praebuit, inſequens Edictum d. a. 24. Mart. 1751. publicandi: Nachdem man in den Königl. Preuſſiſchen Landen bey Erhebung des Abzug-Geldes von denen Perſonen, *ſo nicht adelichen Herkommens*, auch dienigen Gelder, welche einige Iahr vorhero zur Erkauffung auſſer Landes gelegenen Güter angewendet worden, mit in Aufſatz bringet; So wollen wir es hierunter, gegen dieienigen, ſo aus unſeren in die Preuſſiſche Provintzen ziehen, auf gleiche Maſſe gehalten wiſſen, und befehlen dieſem nach ihr (du) wollet (wolleſt) ſolches bey vorkommenden Fällen in gebührende Obacht nehmen. *Vide das Generale, das Abzugs-Geld von denen in Königl. Preuſſiſche Lande gehenden Erbſchaften und andern Geldern betreffend, in Cont. I. Cod Auguſtei p. 1318.* Quando itaque hereditates vel bona *in terras Boruſſicas* ex Saxonia Electorali transferuntur, non ſolum ſortes, alibi elocatae, in cenſum veniunt, *Mandat. Elect. d, ao 1749. Cont. I. Cod Auguſt. P. I. Lib. 2. p. 734.* Verum etiam pecunia, a *non nobili* ad comparandas poſſeſſiones extraneas, aliquot ante annos errogata. *Reſcript. cit. d. ao.* 1751. in *Cont. I Cod. Auguſt. p* 775. BIBLIOTHECAE tamen detractui non ſubiiciuntur. *Reſp. El. Saxon. d. ao.* 1764. *Contin. III. p.* 319.

§. 17.

§. 17.

Neque ab ordinationibus Regis Boruſſiae intuitu iuris *retorſionis* diſceſſionem facit *Ordin. Iur. Camb.* VRATISLAVIENSIS §. 37. hanc amicabilem proviſionem ſtabiliens: Bey ereignenden Fallimenten und darauf erfolgenden Concurſibus alhier genieſſen zwar *die fremden und ausländiſchen Creditores* mit alhieſigen Kauffleuten und Bürgersleuten *gleiches Recht*; iedoch ſollen ſie *durch Vorzeigung eines von ihrem Obrigkeiten erhaltenen beglaubten Scheins, erweiſen*, daſs in ſelbigen Ort *allhieſige Kauff- Handels- und Bürgersleute* ebenfalls mit ihnen in denen Fallimenten gleiches Recht zugenieſſen hätten. *Vid.* SIEGEL *Corp. I. Camb. p.* 293. Et haec diſpoſitio iisdem verbis etiam lectori obvia eſt in *Articulo* 36. Ordinationis *Camb. Sileſiacae* ap. SIEGEL. l. c. p. 312. In Nova Ordin. *Proceſſus Sileſiaci Tit. XXVI.* §. 25. p. m. 89. haec ſanctio etiam publicata legitur: Weiln auch Unſere Schleſiſche Unterthanen in einigen auswärtigen Iudiciis ohne Beſtellung gewiſſer caution nicht zugelaſſen werden; So wollen wir, daſs diejenigen, ſo unter ſolchen fremden Gerichten ſind und wohnen, und in Unſerm Oberamte wieder Unſere hieſige Unterthanen *einige Klage anſtellen wollen*, lure retorſionis zu Leiſtung *gleicher Caution* angehalten, und bevor ſolche beſtellet, ad agendum nicht zugelaſſen werden ſollen. *Add. Tit. LV.* §. 5. *p.* 165. *eiusd. Ordin. Proceſſ.* Vi itaque proceſſus *Sileſiaci* ius retorſionis non prius, quam ſi *iniquum* et *inaequale* ius erga ſubditos *Sileſiacos* alibi iam exercitum ſit, tunc demum adverſus tales peregrinos *in Sileſia* reciproce exerceri debet.

§. 18.

Peregrini ac exterranei apud BOHEMOS et AUSTRIACOS eo ordine locantur in creditorum concursu, vti conterranei subditi ac cives apud exteros locationem experiuntur; atque adeo *ordinem locandi* exteri apud *Bohemos* et *Austriacos* per testimonium magistratus sui authenticum demonstrare tenentur, quo deficiente, talis negligens creditor in classem chirographorum locatur. *Articulus* XLIX. Ordinationis Camb. BOHEMICAE et AUSTRIACAE *d. a.* 1763. de iure *reciproco* ratione *prioritatis aequalis* in concursu ita enunciat: Den *Fremden* sollen bey denen Concursibus gleiches Recht, wie denen *Einheimischen* administriret werden, es wäre denn, dass Unsere Unterthanen an fremden Orten anderst, als in Unsern Ländern tractiret würden, welchen falls die Fremden Ursach haben, zufrieden zu seyn, dass sie in diesem Landen *auf eben die Weise*, wie Unsern Unterthanen *bey ihnen geschiehet*, gehalten werden; Dannenhero ieder Fremder, so in Concurs Fällen eine prioritaet verlanget, von seiner Obrigkeit *eine glaubwürdige Urkund*, dass Unsere Unterthanen *allda eingleiches* Vorrecht geniessen bey der Concurs-Instantz einzulegen haben wird, in dessen Entstehung ein saumseliger Creditor ad classem chirographariorum gesetzet werden soll. *Vid. Dn.* UHLII *Cont. III. Corp. I. Camb.* p. 21. Iura itaque in dictis provinciis reciprocantur cum exterraneis, modo aequalitatem locationis in concursu erga *Bohemos* et *Austriacos* testimonio magistratus sui confirment. Ex adductis Ordinationibus *Wratislavienſi*, *Silesiaca*, *Bohemica* et *Austriaca* intelligimus, ibidem peregrinis

nis creditoribus iniungi, vt *teſtimonia a magiſtratibus ſuis producant*, quibus hi teſtantur, in foris ſuis aequale ius civibus et *exteris* in concurſu tribui. Eius generis *reverſales* a magiſtratibus exterorum creditorum quoque ſpeciatim exigunt *Ord. Camb. Francofurtana*, *Auguſtana*, *Dantiſcana*, uti infra §. 27. 28. 30. indicatur. Prouide omnino agit magiſtratus, ſi ab exterraneis, quibus iura aequalia cum indigenis indulta ſunt, *litteras reverſales* ab eorum magiſtratu poſcat, vt apud eumdem aequale ius ſuis ſubditis tamquam exteris quoque attribuatur, niſi aliunde de vno alterove loco iam v. gr. *Ordinat. Cambialibus* pateat. *Conf.* b. IUST. HENN. BOEHMERI *Vol. II. P. 1. Reſp. 45. et. 46.*

§. 19.

Ius cambiale, quod VIENNAE viget, aequalitatem locationis in concurſibus inter peregrinos ac indigenas obſervat, ne his quid detrahatur, niſi apud illos cum *Viennenſibus* durius agatur, atque adeo anſa iuri retorſionis ſubminiſtretur. *Ord. Camb. Viennenſis art. L.* ita ſanctum ivit: Denen *Fremden* ſoll bey denen Concurſibus *gleiches Recht*, wie denen *Einheimiſchen* adminiſtriret werden, es wäre denn, daſs hieſige Unterthanen *an fremden Orten* anders als in Unſern Ländern tractiret würden, welchen falls die *Fremden* Urſach haben zufriedan zu ſeyn, daſs ſie in dieſen Landen auf eben die Weiſe, wie denen hieſigen bey ihnen geſchiehet, tractiret werden. *Vid.* SIEGELII *Corp. l. Camb. p.* 363.

§. 20.

Elector Saxoniae *Rescripto ordinationis cambialis* Lipsiensis confirmatorio *d.* 26. *Sept.* 1682. et *Ord, Camb. Lipsiens. §. fin. p.* 62. animum eo intendit, vt alibi quoque *idem ius cambiale* Lipsiensibus indulgeretur, quo extranei apud Lipsienses fruerentur gauderentque. *Conf. Recess. Imp. d. ao.* 1654. §. 107. Proclive igitur est intellectu, quod si magistratus in loco aliquo, *vbi iure cambiali non vivitur, secundum rigorem cambialem, procedere deneget*, nihil esse aequius, quam quod idem ius adversus *incolas eiusdem loci* exerceatur et magistratus contra suos nihil prius decernere permittat, donec *implorantis magistratus* per *reversales* litteras eumdem modum procedendi, etiam ratione *carceris publici* adversus suos cives polliceatur. RIUINUS *ad tit.* 52. *Proc. El. Sax. En.* 16. *p.* 186. Quodsi itaque extraneus civem Saxo-Electorem ob debitum *cam-cambiale* carceri publico includi nitatur, ante omnia secundum institutionem *Ordinationis Saxo-Elect. Proceff. Tit. LII.* §. 3. illi iniungitur, vt *litteras reversales* exhibeat, quibus devincatur, magistratum sui loci *eandem iustitiam* in simili casu in gratiam civis Saxonici, etiam adversus suum civem esse administraturum (*) Quem in modum scabini Lipsienses ao. 1735. enunciare non dubitarunt; Dass Klägers Suchen wegen des Schuld Thurm nicht statt hat; Er könnte und wolte denn, dass zu Hamburg der Schuld-Thurm oder andere dergleichen ernstliche Mittel in Observantz sind, in drey wochentlicher Frist beybringen, oder von dem Magistrat der Stadt Hamburg einen *Revers*, dass auch daselbst denen Churfächsischen Unterthanen in denen Schuld-

Schuld-Sachen auf ihr Anſuchen dergleichen Rechte und Proceſs mitgetheilet werden ſollen, verſchaffen; So erginge diſsfalls ferner, was Recht iſt. SIEGEL. *Corp. I. Camb. Tom. II. n.* 11. *p.* 211. *ſq.* Iuri Saxonico Electorali quoque adſtipulatur *Ordinatio Cambialis*, quae in Comitatu principali *Hennebergico portionis* SCHLEUSINGENSIS *d.* 2. *Sept.* 1748. publicata eſt, quae retorſionem contra exteraneos, qui *aequale ius* in cauſa cambiali etiam Schleuſingenſibus *non concedunt*, exercere iubet, prout §. 24. laudatae Ordinationis declarat: Und ob zwar denen Auswärtigen und Einheimiſchen bey denen Wechſel-Sachen *gleiches Recht wiederfahren ſoll*; So wollen Wir es doch dahin reſtringiret haben, daſs, *wo an fremden Orten*, hierinnen *denen Unſerigen nicht ebenfalls ſtrackliche* und ſchleunige Iuſtitz nach Wechſel Recht wiederführe, die Inwohner daſelbſt, ſich dieſes Rechts auch in Unſeren Landen nicht zu erfreuen haben ſollen. *Vid. Cont. Cod. Auguſtei P. II. Sect.* 1, *p.* 1141, (**) Quae quum ita ſint, nihil aequius ac prudentius eſt, quam *aequalia* iura etiam extraneis attribuere, hosque iisdem comiter frui permittere, In principatu COBURGICO ius cambiale hodienum ignoratur, licet id in vicinis Principatibus vigeat ac exerceatur, quod etiam multis mirum videtur. Quodſi vero iudicia Saxonica non minus *Electoralia*, quam *Ducalia* ſubditis ac mercatoribus *Coburgenſibus* viciſſim denegarent proceſſus cambiales, quod omnino fieri poſſit, prout teſtantur pleraeque Ordinationes cambiales, et ANDR. FLOR. RIVINUS diſp. *de praerogativa creditorum cambialium etc.* §. 17. evincit. Eum in finem iuri retorſionis in proceſſu cambiali adverſus exteros non nunquam recte datur locus v. gr.

Iuris cambialis effectus subditis Electoralibus Saxonicis contra eorum cives agentibus olim denegarunt *A--burgenses*, his deinde iuris cambialis commodo, in vim retorsionis carendum fuit, quoties adversus subditos *Electorales* processum cambialem instituere ausi sunt. Quod ius retorsionis aliquando etiam in causa fuit, *vt ius cambiale pariter apud eosdem*, qui eo huc usque caruerant, fuerit invectum. *Vid. Altenb. Wechsel Ord.* von 14. *Sept.* 1697. in qua legislator *secundum Ordin. Camb. Lipsiensem* quoque *in subsidium* pronunciare jubebat, quae autem ao. 1750. multis accessionibus locupletata et insigniter instructa est. *Conf.* Io. Phil. Streits disp. *in qua sistuntur positiones miscellaneae ex iure cambiali Saxonico* §. VI.

(*) Verum enim vero haec sanctio *de litteris reversalibus extraneorum* hodie in Saxonia Electorali et consequenter quoque in tractu *Sleusingensi* per *Novissf. Mandat. de Bancorruptoribus d. ao. 1766. §. 13.* abrogata legitur his verbis: Wollen - - nicht minder zu mehrer Aufrechthaltung das Credits, das, so §. 7. Tit. 52. (*der Churfl. hs. neuen Proc. Ordn.*) wegen derer *ausländischen Creditorum vorgeschrieben*, hierdurch gäntzlich aufheben, und im leztern Fall iedermann gleich durchgehende Iustitz administriren lassen. *Vid. Cont. Codic. Augustei P. I. p. 931.*

(**) Ubi in Saxonia Electorali ius detractus non speciatim introductum, ibi etiam a subditis, qui ab aliquo loco in alium Saxonicum se conferunt exigi nequit, licet alioquin ius detractus ibi vsu vigeat; si vero extra Saxoniam migrat detractionis oneri subiicitur. De hoc iure retorsionis ita disponit *Decisio novissima* VI. *Ob Abzugs-Geld per modum retorsionis gefordert werden könne?* Wo AbzugsGeld nicht absonderlich eingeführet, kan es auch, wann die Unterthanen sich *an solche Orte Unserer Lande*, da dasselbe rechtmäßig hergebracht, begeben per retorsiouem keines weges gefordert, noch um des willen, dass daselbst ein mehrers entrichtet wird, erhöhet werden. In dem Fall aber, da die Unterthanen ausser Landes ziehen, bleibet denen Obrigkeiten, sich auch diesfalls iuris des retorsionis

sionis zugebrauchen, unbenommen. *Vid. Cont. Codicis Augustei. P. I. p. 350.*

§. 21.

Neque ab antegressis ordinationibus discedit *Ius Cambiale Brunsuicense.* Ibi enim extranei creditores *cambiorum intuitu* in concursibus creditorum iisdem privilegiis gaudent, ac cives quidem, sed hoc ita accipiendum, si in eorumqüoque *exterorum* provinciis ac emporiis *Brunsuicensibus* civibus ac subditis *itidem aequale ius* cum indigenis tribuatur. Caeterum hos eodem in terris Brunsuicensibus jure perfruituros, quo in istorum regionibus obtinerent Brunsuicenses cives. *Iuris* enim *Camb. Brunsuicensis Art. LV.* hunc in modum ordinat: Die Fremden sollen bey Fallimenten und daher entstehenden Concursen mit Unsern Unterthanen gleichen Rechtens sich zu erfreuen und nicht weniger als diese ex communi massa ihr Antheil zugewarten haben; daferne nur von ihrer Landes-Obrigkeit auch Unseren Unterthanen und Angehörigen, darunter *dergleichen Paritaet* gegönnet wird; wiedrigenfalls, werden sie sich nicht zu beschweren haben, wenn wir sie *auf gleichen Fuß*, wie denenselben *alda begegnet wird*, auch in Unsern Landen, *Iure retorsionis* oder Talionis, tractiren lassen. Siegel. *Corp. I. Camb. p.* 261. In *Privilegiis* ac juribus universorum Ordinum Provincialium *Ducatus Guelpherbytani d.* 9. *April.* 1770. confirmatis etiam confitetur Serenissimus Dux: Auch ist die getreue Ritterschafft frey vom Abschosse bey Erbschaften, nisi in casum *retorsionis.* Ius retorsionis tunc demum ibidem exercetur, si *inaequale* ius adversus Brunsuicenses exercitus fuerit. Ex hac ordinatione recentiori *Statuta* antiquiora *der Braunschweigi-*

schen Heinrichs-Stadt d. ao. 1602. §. 10. p. 21. ratione *locationis* creditorum legi *hodiernae* omnino convenientius sunt quoque interpretanda, in quibus generatim ita disponiebatur: *auch inter chirographarios so viel das Haupt-Geld anbelanget, andern* fremden *vorgezogenen werden.* Nam et hic supponendum est ius *inaequale* apud exterraneos jam contra cives dictae civitatis fuisse in actum deductum.

§. 22.

In provinciis ELECTORIS PALATINI secundum *Art. LXIII. Ordinationis Cambialis* ius *retorsionis* adversus extraneos creditores tunc demum adplicari solet, si horum magistratus *inaequali* iure contra *Palatinos usi sint*, & *Palatinos* in concursu *post indigenas* locaverint. *Articulus* citatus ita ordinat: Denen *Fremden* soll auch in Iustitz- und Concurs-Sachen *gleiches Recht*, wie denen *Einheimischen* administriret werden, es sey denn, dass die Unserigen an andern Orten auch anders gehalten und tractiret würden, alsdann *die Fremden* bey Uns *auch eben das Recht geniessen*, und auf die Art und Weise wiederfahren solle, gleichwie *denen Unserigen bey ihrer Obrigkeit geschiehet*, weswegen es denn auch so wohl nach den gemeinen, als Unseren Land-Rechten gehalten werden solle. *Vid.* SIEGEL. *Corp. I. Camb. p.* 404. Eadem constitutio in *Ordinatione Cambiali Ducatus* IULIACENSIS *et* BERGENSIS *d.* 14. *Febr.* 1726. *Art.* 61. publicata cuique lectori quoque obvia est. *Vid. Dn.* UHLII *Cont. II. Corp. I. Camb.* SIEGELIANI *p.* 29.

§. 23.

In Ducatu WÜRTEMBERGICO in concursu creditorum

torum non solum sed et in omnibus causis exterraneis aequale ius cum conterraneis tribuitur, nisi *apud exteros Würtembergenses* inaequali ac duriori juri exponantur, ubi tale quid his contingit, contra illos quoque *Würtembergenses* iure retorsionis vtuntur, etsi his apud illos exercitium iuris inaequalis *saltem immineat*. Ipsa *Ordinatio iuris cambialis Würtembergica Cap. VII.* §. 11. de casu retorsionis sic disponit: Im übrigen ist in allen solchen Sachen denen *Fremden gleichschleunige* und unpartheisches Recht angedeyhen zulassen, wie denen Einheimischen, nur wann *anderwärts die Wechsel bey concursen in eine geringe classe gesetzet*, oder *die Fremden* denen Einheimischen in einem und andern *nachgesetzet werden*, ist billig, dass dergleichen *Frembden* in Unserm Lande eben so begegnet werde, wie Unsern Unterthanen von ienen Landes Herrschafft *wiederfahren ist, oder aber in ereignenden Fällen wiederfahren würde. Vid. Dn.* Uhlii *Cont. II. Corp. I. Camb.* Siegeliani p. 51. Ius igitur cambiale Würtembergicum non modo iure retorsionis locum dat toties, quoties quodam in loco indigenae peregrinis in concursu vel in genere vel habito respectu ad litteras cambiales qualicunque modo praeferuntur; sed etiam, si ius retorsionis a magistratu exterraneo nondum adplicatum est, *dummodo id, casu eveniente immineat*. Alterum huius legis membrum, quando scilicet inaequale ius creditoribus Würtembergicis *nondum obtigit*, nomine retorsionis insigniri nequit, *quia in actum nondum deductum est. Conf.* Celeber. Sixti Iac. Kapffii disp. *de locatione cambii proprii in Concursu creditorum.* §. *VIII. p.* 31.

§. 24.

Ius cambiale Dynastiae IEVERANAE vsum retorsionis in causa cambii etiam tunc demum permittit indigenis, si his alicubi *vsus* iuris cambialis practicus prorsus *denegetur*, nec processus in commodum *Ieveranorum* cambialiter tractetur, quo neglecto, *Ieverani* ius retorsionis contra tales exteros recte usurpant. Ius cambiale *Ieveranum* §. 3. lectorem de hoc casu ita instruit: Und weil schlüfslichen die Einführung dieser Wechsel-Ordnung auf die Beförderung des Commercii, und damit *auswärtige Kauff- und Handelsleute zu demienigen, was sie hier im Lande zu fordern haben, desto schleuniger gelangen möchten,* zielet; So haben Auswärtige von solchen Orten, da denen Unterthanen Unserer Herrschafft *Iever nach WechselRecht nicht verholffen wird*, wieder dieselbe *solches in Iever ebenfalls nicht zugebrauchen.* In concursu creditorum debita cambialia in Dynastia *Ieverana* nulla gaudent intuitu locationis praerogativa, sed *inter chirographarios pro rata* secundum proportionem geometricam accipiunt solutionem, uti §. 29. Ordinationis *laudatae* nos condocet; In concursibus creditorum haben Wechsel-Schulden an und vor sich selbst gantz kein Privilegium, sondern werden inter chirographarios pro rata, secundum proportionem geometricam bezahlet; es wäre dann, dafs das vor dem Wechsel bezahlte Geld annoch in Natura verhanden wäre; so könnte solches, extra concursum *iure dominii* vindiciret werden. Quum itaque *incolis* nulla in locatione creditorum *praerogativa* prae extraneis concedatur; *Ieveranis* ab aliis retorsio non erit verenda.

§. 25.

§. 25.

Ius LUBECENSE *Lib. IV. tit.* 1. *art.* 2. de iure retorsionis quoque contra *peregrinos*, in quorum regnis ac principatibus adversus Lubecenses magis *inaequale ac durius*, quam erga indigenas, exercetur, incidenter agit. Articulus citatus ita ordinat: Würde einem Diebe sein eigen Gut abgejaget, davon gehöret der dritte Theil demjenigen, welcher es ihm abgejaget hat, die andern zwey Theile gehören dem Wette und dem Gerichte, (sunt enim diversa iudicia *inferiora* Lubecensia) Wär es aber gestohlen Gut, so soll dasselbe wiederumb an seinen rechten Herren kommen, doch dergestalt, *wenn das Gut einem Fremden in andern Königreichen und Fürstenthümern zugehöret*, und solch Recht *auch alldar denn Unsern wiederfähret*, so soll es alhier *auch also denn Fremden wiederfahren;* wo aber nicht, so bleiben zwey Theile dessen Gutes seinem Herren, und das dritte Theil dem Gerichte. *Add.* MEVIUS *ad I. Lubec. P.* 4. *tit.* 1 *art.* 2 IOACH. LUC. STEINS *Einleit. z. Lübschen Rechtsgelehrsamkeit* §. 330. *p.* 394. *sq.*

§. 26.

Apud BREMENSES secundum *Artic. LX.* Ordinationis cambialis illustris civitatis Imperii *peregrinis* in concursu creditorum aequalia iura cum indigenis indulgentur, nisi exteri civibus *Bremensibus* inaequale ius obtrudere audeant, quo facto, ius retorsionis *apud Bremenses* contra tales extraneos quoque adplicatur. Sancitur enim *Art. cit.* Denen *Fremden* soll so wohl, als den Unsrigen in die-

